


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
19 A
6

IOANNIS LUDOVICI VIVIS


Colloquia, alioqui Latinæ Linguæ Exercitatio.

EX OPTIMORUM CODICUM
Collationem innumeris mendis purgata.

Adiectis à tergo nonnullis alijs ad copiam verborum, nunc primum in lucem editis.

CUM ADNOTATIONIBUS INDICANTIBUS
Nomina, & locos Auctorum qui citantur.

Cum Indice vocum Etrusco.









ROMAE,
Apud Antonium Landinum 1639.

Superiorum permissu.

Si vendono in Piazza Nauona alla Palla d'Oro.

IO. LVDOVICVS VIVIS PHILIPPO CAROLI

CAESARIS AVGV. FILIO HAEREDI optimam mentem.

LATINAE linguæ permagnæ ſunt, & ad loquendo, & ad recte ſentiendum vtilitates. Eſt enim ea velut theſaurus quidam omnis eruditionis, quoniam magna & præſtantia ingenia Latino ſermone diſciplinas omnes conſcripſerunt: ad quas nemo poteſt peruenire, niſi per linguæ illius cognitionem. Quam ob cauſam non grauabor, inter maiorum ſtudiorum occupationes, hac quoque parte pueritiæ rudimenta adiuuare. Conſcripſi in vſum Latinæ linguæ primam loquendi exercitationem, quam pueris, vt ſpero conducibilem, tibi Principi puero viſum eſt dicare, cum propter patris tui beneuolentiam erga me ſummam, tum quod in animo tuo ad rectos mores formando, optimè de Hiſpania, hoc eſt patria mea merebor: cuius ſalus ſita eſt in tua probitate, ac ſapientia. Sed hæc à Ioanne Martinio Silicio inſtitutore tuo, & copioſius audies, & crebrius.

SVR-

VRRECTIO MATVTINA.

Beatrix puella, Emanuel, Eusebius.



IEsus Christus exsuscitet vos à somno vitiorum. Heus pueri, estisne hodie euigilaturi? *Eus.* Nescio quid incidit mihi in oculos, ita videor eos habere plenos arenæ. *Bea.* Hæc est tua prima cantio matutina, & bene vetus; aperiam fenestras hasce ambas ligneam & vitream, vt feriat clarum mane vestros amborum oculos Surgite Surgite. *Euse.* Tam multo mane? *Beat.* Propior est meridies, quã auro-ra. Vis tu Emanuel recẽtem subuculam? *Ema.* Nihil nunc est necesse, hæc est satis munda, creas sumam alteram, Cedo mihi thoracem, *Bea.* Quem? simplum an diploidem? *Eman.* Quem voles, mea nihil refert. Porrige huc simplum, vt si sim hodie lusurus pila, minus grauer. *Beatr.* Hic est semper tuus mos: Prius de lusu cogitas, quam de schola, *Em.* Quid tu dicis inepta? & schola ipsa vocatur ludus. *Bea.* Ego non intelligo vestras grammaticationes & sophismata. *Em.* Da ligulas astrictorias coriaceas. *Bea.* Fractæ sunt: accipe seriaceas & sic iussit tuus pedagogus, Quid iam? vin femoralia, & tibialia, quoniam est æstus? *Ema.* Minime vero, dato feminicruralia, quæ constringe me. *Beat.* Quid tu habes brachia fœnea, aut butyracea? *Ema.* Non, sed filo tenui consuta: hui, qualia dedisti mihi adstrigmenta exarmata & lacera. *Bea.* Memineris te heri alea perdidisse integra. *Ema.* Qui scis? *Be.* Ego per rimulam ostij obseruabam te cũ Guzmanulo ludentem. *Em.* Amabo ne id pedagogus resciat. *Be.* Imo ego narrabo quum primum appellaris me deformem vt soles. *Em.* Quid si rapacem? *Be.* Quid vis, modò ne deformem. *Ema.* Cedo cal-

Subucula, est viri lis camisia.

Diplois, de qua nisi re duplicata dicit.

Ligulæ ad striatoria qui bus vestimenta stringuntur.

Femini ni crura lia nonnũ pro caligis.

Exarmata sine ferris.

Obstrugulum, est coriū calceisuperius. ceos? Be. Vtros? longo obstragulo an breui? Em. Tecto pp lutum. Be. Propter lutum aridum, q alio no le vocatur puluis Sed bene facis. nam in in apertis cingulum est fractum, & fibula amissa. Em Indue rogo Be. Tu ipse facito. Em. Non possū me flectere. Beat. Tu quidem facile te curuares, desidia vero tua difficile, an deglutisti ensem, vt circulator ille nudiusquartus? adeone es iam delicatus? quid facies grandior? Em. Stringe nodo laxo gemino, q̄d est elegantius. Be. Nihil minus solueretur nodus illico, & decideret tibi calceus è pedibus prestat vel gemino astricto, vel astrict o & laxo. Sume tunicā manicatā: & cingulū textile. Em. Minime id quidē, sed coriaceum venatorium. Be. Mater vetat. vis tu oniam arbitratu tuo facere? & tu heri fregisti aciculam fibulæ. Em. Non poteram alioqui exfibulare. Da ergo illud puniceum ex lino Be. Cape, cinge te cinctu Gallico. pecte caput prius radij rarioribus, tum densioribus: apta pileum vertici, ne in occipitum reijcias more tuo. aut in frontem & oculos. Em. Prodeamus iam tandem. Be. Quid? illotis manibus, & facie? Em. Ista tua tam molesta curiositate taurum iam enecasses, nedum hominem. videris mihi non puerum vestire; sed sponsam. Be. Eusebi, adfer pollubrium cum vrceolo. funde altius: stilla potius ex epistomio, quàm profundas, elue sordes istas ex nodis digitorum; ablue os, & gargariza: frica bene cilia, & palpebras, tum glandulas sub auriculis duriter. cape linteum, exterge te: Deùm immortalem, de omnibus es sigillatim admonendus: nihilne ipse tua spōte faceres? Em. Vah, niminm es importuna, & odiosa, Be. Et tu nimium scitus puer [illegible] formosulus. deosculare me: flecte iam genu [illegible]nte hanc Saluatoris nostri imaginem recita Precationem dominicam, & preces alias, vt habes de more, antequā pedem ponas exta cubiculum. Vide mi Emanuel, vti de re nulla alia cogites, dum oras. Mane paulisper,

Aciculā fibula, id est quo corrigia affigitur.

Cinctu Gallico, quō solent Gallisnccingere,

Pollubrū idest vas ex quo aqua funditur.

Vrceolus patina in quā funditur.

Epistomium est nasus gutti.

lisper, appende sudariolum hoc de zona, ad nares emungendas, & purgandas. *Em.* Sumne satis ad arbitrium tuum compositus? *Be.* Es *Em.* Ad meum minimè; quoniam iam tandem ad tuum ausim facere sponsionem, me horā vnam vestiendo consumpsisse. *Be.* Quid si vel duas? quò eras alioqui iturus? quid acturus? fossurus credo, aut araturus. *Em.* Quasi desit quod agā. *Be.* O magnum virum vehementer in nihil agendo occupatum. *Em.* Non hinc abis cauillatrix? aut ego te abigā hoc calceo, aut calanticam tibi detraham de capite.

Facere sponsionem, deponere certare pretio.

Calāticā indumentū est capitis muliebre

PRIMA SALVTATIO.

Puer, Pater, Mater.

SAluus sis mi pater, salue mea matercula; precor vobis felicem hunc diem germanuli: propitium vobis opto Christum sororculæ. *Pa.* Mi fili, sospitet te Deus euehat ad ingentes virtutes. *Ma.* Seruet te Christus, mea lux: quid agis mea dulcedo? qui vales? quō nocte hac quieuisti? *Pu.* Rectè valeo, & placide dormiui. *Ma.* Christo gratia: proprium hoc velit tibi esse. *Pu.* Ad mediam tamē noctem excitatus sum, è dolore capitis *Ma.* Me perditam. & miserrimām. quid narras? qua parte capitis? *Pu.* Ad bregma. *Ma.* Quandiu? *Pu.* Vix octaua parte horæ. postea redormij, nec sensi amplius. *Ma.* Respiraui, nam exanimaras me. *Pu.* Bene sit tibi Isabellula, para mihi ientaculum. Ruscio, Ruscio huc, canicule festiuissime: en vt cadua adulatur, vt se in posteriores pedes erigit. quō habes? quō vales? Heus tu, adfer panis buceam vnam aut [illegible], q̃ ei demus: videbis lusus scitissimos. Non [illegible] nihil edisti hodie? profecto plus est in cane isto intelligentiæ, quo in illo mulione crasso. *Pa.* Tulliole mi, lubet mihi te cum paulisper confabulari. *Pu.* Quid mi pater? nam nihil mihi pōt accidere suauius, q̃ te audire. *Pat.* Hic tuus Ruscio est bellua, an homo? *Pu.* Bellua, vt credo. *Pa.* Quid tu habes cur sis homo, non ille? tu edis, bibis, dor-

mis, ambulas, cursita, lusitas: hæc ille omnia. *Pu.* *A* qui ego sum homo, *Pa.* Qũo id cognoscis? Quid tu nunc habes plus q̃ canis? sed hoc interest, q̃ ille nõ potest homo fieri: tu potes, si vis. *Pu.* Obsecro mi pater effice id primo quoque t͠pe. *Pa.* Fiet, si eas quo eunt bellũæ, redeunt homines. *Pu.* Ibo pater multo libentissimè. sed vbi id est? *Pa.* In ludo litterario. *Pu.* Nulla est in me ad rem tantam mora. *Pa.* Nec in me. Isabellula, audin? da huic ientaculum in Cistella. *Isa.* Ecquidnam? *Pa.* Frustum panis butyro illitum, vel ficos aridas, aut vuas passas pro obsonio, sed insolatas, nam alteræ illæ viscosè inficiunt puerorum digitos, & vestes: nisi malit cerasa aliquot, vel pruna, aurea, & oblonga. insere brachiolum cistulæ, ne excidat.

Ad Sole exsiccatas.

DEDVCTIO AD LVDVM.

Pater, Prætextatu, Philoponus Ludimagister.

Signa te sacrò signo Crucis. Duc nos Iesu Christe sapientissime dementes, potentissime imbeciles. Quæso mi propinque, tu qui es versatus in studijs literarum, ecquis est in hoc gymnasio optimus institutor puerorum? *PR.* Doctissimus quidẽ Varro: sed diligentissimus, & vir probissimus Philoponus, nec eruditionis aspernandæ. Habet Varro scholam frequentissimam, & domi numerosum gregem contubernalium: Philoponus non videtur delectari turba, paucioribus est cõtentus. *Pa.* Hũc malo. Ellum in porticu gymnasij inambulantem. Fili hoc est formatorium, & quasi officina hominum, & hic artifex formandi. Adsit tibi Christus magister. Aperi caput puer, & flecte poplitem [illegible] sicuti es edoctus. ita iam rectus. *Phil.* Prospe[illegible] nobis omnibus tuus aduentus, ecquid rei est: *Pa.* Hunc filiolum meum ad te adduco, vt ex bellua hominem facias. *Phi.* Dabo in eam rem operam sedulam: fiet: reuertetur ex pecude homo, ex nequam frugi & bonus id verò ne dubitaueris. *Pa.* Quãti doces? *Phi.* Si puer bene proficiat, vili: sin parum,

rum, caro. Pa. Acute hoc dicis, & sapienter, vt omnia. Partiamur inter nos igitur hanc curam: tu vt sedulò instituas, ego vt benignè compensem tuam operam.

EVNTES AD LVDVM LITTERARIVM.

Cirratus, Prætextatus, Titiuillitium.
Teresula, Vetula, & Oluscalaria.

VIdetur tibi tps eundi ad ludum. PR. Planè tempus est vt eamus. *Cir.* Non satis teneo viam, credo esse in illo vico proximo. PR. Quoties illuc itasti? *Cir.* Ter, aut quater. PR. Quando cæpisti eò itare? *Ci.* Nudius tertius, vt puto aut quartus. PR. Quid igitur, an non id satis est ad noscendam viā? *Cir.* Non etiam si eam centies PR. Ego verò vel si semel, nunquam deiceps aberrarem. Sed tu vadis inuitus, & ambulas lusitans, nec viam aspicis, nec domos, nec vlla signa. quæ te postea admoneant, quà sit flectendum, quæ via tenenda. ego hæc omnia obseruo diligenter. qa lubens eo. *Cir.* Puer hic habitat in proximo scholæ. Heus tu Titiuillitium, quà itur ad ædes tuas? *Tit.* Quid vis? nis à matre tua? mater mea non est domi, ac ne soror quidem, ambæ sunt profestæ ad Diuæ Annæ, *Cir.* Quid illic agitur? *Ti.* Heri fuerunt encænia: hodie inuitauit eas mulier quædam casearia ad edendum lac coagulatum. *Ci.* Et tu cur non es vnà prefectus? *Tit.* Relictus sum hic vt seruem domi, frater meus puerulus adductus est ab eis illuc. sed pollicitæ sunt mihi, se de reliquijs allaturas partes in quasillo. *Cir.* Quin tu igitur manes domi? *Tit.* Continuo reuertar, nunc prodeo lusum talis cum filio huius cerdonis. vultis & vos venire? *Ci.* Eamus sodes. PR. Minimè verò id qdem. *Ci.* Quidni? *Prae.* Ne vapulemus. *Ci.* Vah, non memineram, *Tit.* Non vapulabitis. *Cir.* Qui scis? *Tit.* Quia magister vester predidit heri ferulam *Ci.* Hen quō nosti? *Ti.* Hodie de domo nostra audiebamus eius vociferationem q̄rentis ferulā. *Cir.* Amabò ludamus parumper. PR.

Tu ludito, si vis: ego ibo solus. *Ci.* Ne me apud pceptorē q̃so defereas. dic me detineri domi à patre. PR. Vis mentiri me? *Ci.* Quidni propter sodalem? PR. Quia in templo audiui concionatorem affirmantem, mendaces esse filios diaboli, veraces Dei. *Cir.* Diaboli verò? apage. Per signnm sanctæ Crucis, ab inimicis nostris libera nos Deus noster. PR. Non potes liberari, si ludas, quum est discendum. *Cir.* Eamus, tu valeto. *Tit.* Hui, pueri isti nō audent paulisper ludere, alioqui cædendi. *Praet.* Ille puer pditus, & euadet scelerosus vir. Sed q̃so elapsus est nobis? nec rogauimus, qua esset via ad ludum. reuocemus. *Cir.* Abeat in malam rem: nolo sit mihi rursum incitamento ad lusum, percontabimur ab hac vetula. Mater, nosti ne quà itur ad scholam Philoponi? *Vetula.* Iuxta eam scholam habitaui ego sex annis, è regione peperi filiū natu maximum, & filias duas. transite plateam hanc Villæ rasæ, inde est angiportus, tum platea Domini Veterani, hinc flectite ad dexteram, tum ad sinistram, ibi percontamini, nō p cul abest schola. *Cir.* Vah non poterimus omnia retinere. *Vet.* Teresula deduc istos ad ludum Philoponi, nã mater huius est quæ dabat nobis linum pectenduum, & nendum. *Ter.* Quid malum Philiponi, quid hominis est hic Philoponus? quasi ego norim. loqueris ne de illo, qui resuit calceos iuxta cauponam viridem; an de præcone in Vico gigantis, qui alit equos meritorios? *Vet.* Sat scio, nunquam tu nosti ea q̃ sunt opus, sed ea quæ ad rem nihil faciunt, inertissima. Philoponus est ludi magister ille sennex, procerus, lusciosus, è conspectu ædium, quas olim habitauimus. *Ter.* Ah, Iam redit in memoriam. *Vet.* In reditu transi p macellum, & eme acetarium, & raphanum; & cerasa: cape fiscellam. *Cir.* Duc nos etiam per forum olitorium. *Ter.* Hac ibitis breuius. *Cirratus.* Nolumus ist hac ire. *Ter.* Qui sic? *Ci.* Quia memordit me illic canis ex domo

mo pistoris, quin & volumus te comitari ad forũ. *Ter.* Reuertens faciam iter p macellum: nam pcul adhuc absumus. & emam q̃ sum iussa, postquam reliquero vos in ludo. *Ci.* Nos cupimus videre quanti emas cerasa. *Ter.* Numis senis emimus in libras [redacted] quid ad te? *Cir.* Quia soror iussit me hodie mane percontari, & est illic vetula quædam olusculariа, de qua si emeritis, scio eã & vendituram minoris quàm alias, & daturam nobis vel cerasa aliqua, vel thyrsum lactucæ. nam filia eius ministrauit aliquando matri & sorori meæ. *Ter.* Ne dispendium hoc viæ constet vobis flagris aliquot. *Cir.* Minimè vero. nam satis veniemus tempori. *Ter.* Eamus, tantulum deambulauero, quæ misera consumor sedendo domi totos dies. *PR.* Quid facis? an tantum sedes otiosa? *Ter.* Otiosa vero? minimè certè id quidem, neo, conglobo, glomero, texto. putas vetulam nostram passuram vt otiet? ipse stos dies execratur, in quibus est cessandum. *Praet.* Festi dies, num non sunt sacri? quomodo ergo execratur illam rem sacram? vult ne ipsa execrari, quod sacrum constitutum? *Ter.* Censem me didicisse geometriam vt hæc possim vobis edisserere? *Cir.* Quid rei est geometria? *Ter.* Ego nescio. nos habebamus vicinã, quæ vocabatur Geometria: hæc semper vel erat ipsa in templo cũ presbyteris, vel presbyteri domi eius cum illa. itaq; erat, vt ferebant, sapientissima. Sed ventum est in forum olitorium, vbi est tandem vestra vetula? *Cir.* Id ego circumspiciebam. Sed eme ab hac ea lege, vt aliquid det nobis corollarij. Heus amita, puella hæc emet de te cerasa, si aliquot nobis donauerjs. *Olu.* Nihil mihi donatur, omnia venduntur. *Cir.* Nec sordes istæ donantur tibi, quas habes in manibus & collo? *Olu.* Nisi procul hinc abis impudenticule, has sordes sentient genæ tuæ. *Cir.* Quomodo sentient meæ genæ, quũ tu habeas in tuis manibus? *Olusc.* Redde cerasa feruncule. *Cir.* Sumo exemplum.

 nam

nam volo emere. Olu. Eme igitur. Cir. Si placuerint, quanti? *Olu.* Numo libram. *Cir.* Ah acerba sunt, tu anus venefica vendis hic populo cerasa strangulatoria. *Ter.* Abeamus hinc ad ludum. nā nos argutiis vestris intricaretis me, & detineretis diu. Iam, vt puto, mea vetula f[illegible]t domi, ob moram meam. Hoc est ostium, pulsate.

LECTIO.

Præceptor, Lusius, Aeschines, Pueri, Cotta.

PRAEC. Cape tabellam abecedariam manu sinistra, & radium hunc quo indices singula elementa. Ita rectus, pileum pone sub axilla, audi attentissimé, quemadmodum ego has literas nominabo: specta diligenter quo gestu oris. Vide vt eodem prorsum modo reddas, quum reposcam. Sis mecum. Iam audisti. Sequere nunc me sigillatim præeuntem. Tenes probe? *Lusius.* Videor mihi sic satis. *Præc.* Vnaquæque ista tam vocatur litera, ex his quinque sunt vocales. A, E, I, O, V, quæ sunt in vocabulo Hispano, oueia, quæ est ouis memineris huius verbi? Hęc cum vna qualibet vel pluribus aliarū sillabam efficit sine vocali nō fit syllaba, & vocalis ipsa nō raro est sylliba, Itaque aliæ omnes consonātes nominātur, quia per se nihil sonant, nisi adhibita vocali. habent .n. sonū quendā imperfectū & mancū b, c, d, g, quæ sine e parū sonāt, Iam ex sillabis fiunt voces seu verba: ex his sermo, quo belluæ omnes carent. nec tu a bellua differes, ni probe sermonem discas. Euigila, & naua sedulam operam, Ito sede cum tuis condiscipulis, & addisce quæ prescripsi. *Lus.* Non ludimus hodie? *Aesc.* Non, nam dies est operarius. E ho tu venisse te huc arbitraris lusum? non est hic ludendi locus, sed studendi. *Lus.* Cur ergo ludus, nominatur? *Aesc.* Nominatur quidem ludus, sed literarius; quia literis est hic ludendum, alibi pila, trocho, talis, & Græcè audiui appellari scholam, quasi otium: quod verum sit otium, & animi

Operarius quo est operandū. Cato.

quies

quies ætatem in ſtudijs agere. Sed ediſcamus, quę iniunxit inſtitutor, ſummiſſo murmure, ne aliis alii ſimus impedimento. *Luſ.* Auunculus meus, qui aliquando dedit operam literis Bononiæ, docuit me melius memoriæ infigi, quæ velis, ſi altius pronuncies: idque confirmari auctoritate neſcio cuius Plinij. *Aeſc.* Si quis ita velit ediſcere ſuas formulas, in hortos ſecedat, aut in cœmiterium templi: ibi clamet licet, quo ad excitet mortuos. *Cot.* Pueri, hoccine eſt ediſcere? garrire, iurgari. agite, conuenite ad præceptorem omnes iuſſu eius.

REDITVS DOMVM.
& luſus Pueriles

Tulliolus, Corneliola, Scipio, Lentulus, Puella, Puer.

COR. Proſperè redieris Tulliole. libet pauliſper luſitare? *Tul.* Nondum ſtatim. *Cor.* Quid habes negotii? *Tul.* Recole re quæ magiſter vt memoriæ comendarem mandauit. *Cor.* Quæ tandem? *Tul.* Aſpice. *Cor.* Hui; quæ notæ ſunt iſtæ? credo eſſe formicas depictas. mea mater, quot formicas & culices adfert Tulliolus pictos in tabella? *Tul.* Tace inſana, ſunt literæ. *Cor.* Quo vocatur hæc prima? *Tul.* A. *Cor.* Cur prima eſt magis A, quam hæc altera? *Mater.* Cur tu es magis Corneliola quã Tulliolus? *Cor.* Quia ſic vocor. *Mat.* Et illę litteræ ad eundem modum. Sed ito iam luſum, mi fili. *Tul.* Hic pono tabellam meam, & radium, ſi quis attigerit, vapulabit à matre: nonne mea matercula? *Mat.* Etiam, mi fili. *Tul.* Scipio, Lentule adeſte luſuri. *Scip.* Quam luſionem? *Tul.* Nucibus ludemus ad coniectum, ſcrobiculi. *Lent.* Nõ habeo nuces niſi paucas, & eas quaſſas ac putres. *Sci.* Ludamus putaminibus nucum. *Tul.* Quid mihi ea proderũt etiam ſi lucrer viginti? nullus eſt intus nucleus quem edam. *Sci.* Ego vero dum ludo, non comedo. ſi quid volo comedere, matrem adeo Iſta nucum putamina ſunt apta ad extruendas for-

micis ædiculas. *Lent.* Ludamus par impar aciculis. *Tul.* Adfer potius talos. *Sci.* Adfer Lentule. *Lent.* Ecce vobis talli. *Tul.* Quam sunt puluerulenti O immundi nec satis purgati à carne, & politi. facias. *Sci.* Pro primatu ludendi. *Tul.* Ego sum primus, quid ludimus? *Sci.* Astrigmenta. *Len.* Ego nolo mea perdere. nam domi cęderer à pedagogo. *Tul.* Quid vis ergo perdere si vinceris? *Len.* Tali tra. Mat. Quæ est ista humi abiectio? deteritis vestes omnes, & calceos, tum loco immundissimo; quin verritis prius pauimentum, & sedetis? adfer scopas: *Tul.* Quæ erit igitur sponsio? *Sci.* Aciculæ in singula puncta. *Tul.* Imò binæ. *Len.* Ego non abeo aciculas. deponam, si vultis, pedunculos cerasorum pro aciculis *Tul.* Apage ludamus ego & tu Scipio. *Sci.* Ego ausim sorti meas aciculas credere. *Tul.* Da mihi talos in manum, vt iaciam primus, en, vici sponsionem. *Sci.* Minimè verò, nam non ludebàs seriò *Tul.* Quis vnquã ludit serio? ceu dicas album nigrum *Sci.* Cauillare quãtum voles non auferes modò aciculas. *Tul.* Age remitto tibi hanc manum ludamus iam premio. adsit dextera sors *Sci.* Victus es. *Tul.* Aufero. *Len.* Cedo talos *Tul.* In hunc iactum omnia. *Len.* Non recuso. *Puel.* Ad cœnam pueri, nunquam ne facturi estis ludendi finem? *Tul.* Nũc incipimus: ista iam de fine loquitur, *Cor.* Ludi huius iam tędet ludamus calculis discoloribus *Tul.* Pinge tu nobis vrbes in hoc latere, carbone, aut gypso. *Sci.* Ego malo cenare, quam ludere, & discedo, aciculis meis omnibus exutus fraude vestra. *Tul.* Memineris te heri Cethegum spoliasse?

Calculi sũt duodeni albi, & nigri.

Nullus vbique potest felici ludere dextra.

Virg. Epigr.

Cor. Adfer quæso folia lusoria, quæ inuenies sub abaco ad sinistram. *Sci.* Alias id quidem, nunc non vacat: nam si diutius morer, timeo ne pedagogus meus iratus in cænem me mittat cubitũ. *tu* Corneliola habe nobis parata folia ist hæc in crastinum

stinum sub horam vesparam. *Cor.* Si licebit nobis per matrem satius esset nunc ludere, dum finimur. *Sci.* Satius est nunc cænare, dum accersimur *Puel.* Et mihi nihil datis, quæ vos spectaui? *Cor.* Daremus: si iudicasses, datu nobis potius, q̃ nostris lusionibus te delectasti. *Pu.* Heus pueri, quando estis venturi? Cœna est semicomesa, ꝑpè est, vt sublatus carnibus apponamus caseum, & poma.

REFECTIO SCHOLASTICA.

Nepotius, Piso, Magister, Archtitriclinus, Lamia, Florus, Antrax, Hypodidascalus.

Vluitisne hìc laute? *Piso.* Quid isthuc verbi est, an lauamur? quotidie manus ac faciem, & quidem crebrò: munditiesenim corporis & sanitatis & ingenio confert. *Nep.* Non id quæro; sed an edatis, & bibatis ex animi vestri sententia? *Pi.* Nos non edimur ex animi sententia, sed ex palati sententia, *Nep.* Dico, an vt vultis *Pi.* Maximè, nempe cum fame: & qui vult edit, qui non vult abstinet. *Nep.* Surgitis à mensa famelici? *Pi.* Non omnino saturi: nec expedit. belluarum est enim explere, non hominum. Regem quendam sapientissimum narrant nunquam sine appetitu accubuisse, nunquã surrexisse saturum. *Nep.* Quid editis? *Pi.* Quæ habemus. *Nep.* Putabam vos esse, quæ non habebatis. Sed quæ sunt ista tandem quæ habetis? *Pi.* Molestum percontatorem. quæ dantur. *Nep.* At quæ dantur? *Piso.* Ientamur de manè sesquihora postquam surreximus. *Nep.* Quando surgitis? *Piso.* Ferè cum Sole, qui est dux Musarum; & aurora gratissima Musis, Silatum nostrum est frustum panis autopyri, & paulum butyri, aut fructuum aliquid quales anni tempus suppeditat. Prandium, olus coctiuum, vel pultes in pultarijs aliquid pulmentarij carnium, rapæ modò, modò brassicæ, amydum similago, oriza, tum dieb. pisculentis lac erosum in gabatis. è quo fit butyrum expressum, iniectis aliquot turundis panis, piscis recens aliquis

Regẽ cyrũ maiorem.

Silatũ iet aculum.

Autopyri ex totaferina confectisint exectrotione furfurũ

Gnabta


Syri apud Terentium : aut aliquid aliud ex illis lautissimis Athæne i : aut similium, quorum meminerunt historię. Vtrum censes nos porcos esse, an homines? qui ventriculi, quæ valentudo sufficeret, post quaternas refectiones comessari? heus tu, schola hæc est non saginarium dicunt etiam nihil esse perniciosius valetudini, quam bibere. quum statim sis iturus cubitum, Nep. Licebitne cenę vestræ interesse? Fi. Facile modo. venia petita à præceptore quamscio illum daurum non grauatè; nam solet alioqui prauæ esse educationis in gerere te conuiuio, magistro inscio, & qui te adduceret, nihil aliud quam probrum & pudorem contraheret apud condiscipulos: mane paulisper. Magister licebitne cum bona tua venia, puerum quendam mihi notum adhibere nostræ cœnæ. Fra. Maximè. non erit molestus. Piso. Habeo gratiam. Hic quem vides gestantem mantile pro focali, est architriclinus huius hebdomadæ, nam hæbdomadarios habemus hic architriclinos, vt Reges. Arc. Lamia quota est hora; La. Horas non audiui à tertia, intentus compositioni epistolæ. Florus melius id norit, qui toto hoc pomeridiano tempore librum non vidit neque cartam. Flo. Amicum test monium, & apud magistrũ iratũ valde vtile. Sed qui potuisti tu id animaduertere, immersus(vt ais)cõpositioni epistolari? plane maleuolẽtia tę coegit mẽtiri. Gaudeo profecto, inimicũ meũ pro mendaci haberi. Si quid me post hac voluerit calũniari, carebit fide. Arc. Non potero aiunde cognoscere de hora? Anthrax trascurre ad diui Petri; & inspice horas. An. Index signat iã sextã. Arc. Sextam verò! Eia pueri agite, eia consurgite, abijcite libros: vel quo cerui cornua: parate mẽas, insternite apponite sedilia, mãtilia, orbes qua dras panẽ: dicto citius volate, ne tarditati nostrę in titutor succenseat. Prome tu ceruisiam, tu auri aquã de cisterna, appone scyphos, quid istuc rei

In Adel act. 4. sc. 2.

est, tam obnubilatos adfers? refer in culinam, vt famula eos fricet, & extergat probè, quo sint nitidi & fulgentes. *Pi.* Nunquam tu hoc perfeceris, quandiu simiam hanc habebimus ministram culinariam, nunquam audet fortiter confricare, quæ mundat, ita timet suis digitis: nec abluit, nisi semel, & tepida. *Arch.* Quin admones de eo præceptorem? *Pi.* Satius est quæri apud famulam atriensem, nam in eius manu est mutare famulas culinarias. Sed eccum præceptorem. Tu ipse perluito hos calices, frica folijs fici, vel vrticis, arena, aqua, ne quid hodie habeat magister iurè reprehendendum. *Mag.* Sunt parata omnia? est aliquid quod nos remoretur? *Arc.* Nihil omnino. *Mag.* Ne postea facturi simus interualla magna inter missus. *Arc.* Missus] verò? missum potius dixeris & eũ exiguum. *Mag.* Quid tu mussitas? *Arc.* Dico, vt assideas, esse tp̃s, & propemodum corrumpi cænam. *Mag.* Pueri abluite omnes manus, & os. Vah quod mantile? qui hic se extergunt, mundantur? curre, adfer aliud purius. Sedeamus more solito: est is puer conuiua noster? *Pi.* Est here *Mag.* Cuias est. *Pi.* Flander. *Mag.* Ex qua vrbe illius prouinciæ? *Pi.* Brugensis, *Mag.* Recipe illum supra te Expediat quisque cultellum suum, & purget quisque suum panem, si quid hæret vel cineris vel carbonum crustæ: sacret mensam cuius munus hac hebdomada. *Flo.* Pasce animos nostros Christe charitate tua, qui benegnitate tua alis vitas omnium animantiũ: sancta sint Domine hæc tua munera nobis sumentibus, vt tu, qui ea largiris, sanctus es. Amen. *Mag.* Sedete quantum licet laxè, ne comprimatis mutuo: quandoquidem est satis loci. Et tu habes cultellum Brugensis? *Pi.* Prodigium, Flander sine cultello: & quidem Brugensis, vbi cuduntur optimi. *Nep.* Mihi vero cultello nihil est opus, dentibus frangam mordendo, vel digitis buccellatim comminuam. *Hip.* Ferunt illud de morsibus tum gin-

giuis,





giuis, tum candori dentium esse perutile. *Mag.* Vbi fecisti Latinæ Lingnæ tirocinium? nam nō videris mihi prauè institutus. *Nep.* Brugis, sub Ioāne Theodoro Neruio. *Mag.* Viro diligēti docto probo. Brugæ elegantissimę: nisi quod pereunt in dies vitio plebis profusissimæ dolendum est. quam pridem illinc venisti? *Nep.* Nudius sextus. *Mag.* Quam nuper cæpisti studere? *Nep.* Ab hinc annos tres *Mag.* Non pōt te profectus pœnitere. *Nep.* Merito, nā & habui magistrū non pænitendū. *Mag.* Sed quid agit Viues noster? *Nep.* Dicunt eum agere athletā, non tamen athleticè. *Mag.* Quid isthuc rei est? *Ne* Quia luctatur sēper, sed parū fortiter. *Mag.* Cum quo? *Nep.* Cum suo morbo articulari? *Mag.* O luctatorē dolosum, qui primū omnium inuadit pedes. *Hip.* Imò lictorē sæuum qui totum corpus constringit. Sed tu quid agis? quod cessas? videris huc spectatum venisse, nō cœnatū. Nemo vestrū attingat pileū inter cœnādom, nequis capillus inuolet in patinas. cur non tractatis hospitē comiter? *Hip.* Nepotule, præbibo tibi. *Nep.* Præceptor excipio animo libentissimo. *Hi.* Exinanias calicē tuū, quādoquidem exiguus haustus restat. *Nep.* Hoc esset mihi nouū *Mag.* Quid? nō exinanire? Sed tu Hypodidascale quid dicis, quod adfers noui super cœnam? *Hip.* Ego verò nihil dico, sed hisce duabus horis multa cogitaui de arte Grammatica. *Mag* Quæ tādē? *Hip.* Recondita sanè, & ex penetrabilibus disciplinæ. primùm cur Grammatici posuerunt tria genera in arte, quumsint tantum duo in natura? aut cur natura nō producit res neutrius generis sicut masculini & fæminini? non possum causam exculpere tanti mysterij. Deinde Philosophi dicunt esse tātum tria tēpora, ars nostra ponit quinque, ergo ars nostra est extra rerum naturam. *Mag.* Imò tu ipse es extra rerum naturam. *Hip.* Si ego sum rerum naturam, quomodo possum comedere hunc panem & has carnes, quæ sunt in rerum

natura? *Mag.* Tanto tu detenior, q venis ab altera rerū nàtura, vt comedas, quæ sunt in hac nostra. *Hip.* aliā ego vellē solutione mearū quæstio num. Vtina, haberemus nunc Palæmonem aliquē, aut Varronē qui has quæstiones posset profligare. *Mag.* Quin potius Aristotilē, aut Platonē? Habes aliquid aliud? *Hip.* Heri vidi scelus capitale admitti. Ludi magister Vici recti capro olidior, qui in phrontisterio suo in pedore & fœtore docet auditores diobolarios, ter aut quater pronunciauit volucres accentu in penultima, ego vero miratus sū, terrā illi nō dehiscere. *Mag.* Quid aliud decebat talē ludi magistrū dicere? & est alioqui in formulis Grāmticis valde detritus. Sed tu in re leui nimium tumultuaris, & facis tragœdiam ex comædia, seu mimo verius. *Hip.* Equidē absolui pēsum meū, nūc tuæ sunt partes. dic tu vicissim. aliquid inter cænā. *Mag.* Nolo, ne tu mihi vicissim. Iussuléta hæc iā cōglaciāt. adfer foculū mensariū, excalfacite aliquātum, priusquā panem intingatis. raphanus hic non est esui, adeo est lentus, nec minus sunt radiculæ iussulētæ. *Hip.* Lentorē profectò non à macello attulerūt, sed hic contraxerunt in nostro penore, qua cella nihil est penui incommodius. Nescio quid isthuc rei est sēper adferūtur huc ossa emedullata. *Mag.* Parum habēt ossa medullarū sub lunam silētem. *Hip.* Quid quum est Plena? *Mag.* Plurimū *Hip.* Tum vero ossa nostra habent minimum, seu nihil verius. *Mag.* Nō exorbet nobis medullas luna, sed nostra Lania nimis hic indidit piperis, & gingiberis, & in iure hoc, & toto acetario. nimium menthæ, petroselini, saluiæ, erucæ, nasturcij, hissopi, nihil puerorum & adolescentū corporibus æquè damnosum, vt cibi qui interiora feruefaciant. *Arch.* Quibus igitur ex herbis velles confici? *Lag.* Lactucis, buglossa hortensi, & portulaca, & petroselini aliquid admisceri. Heus tu Gingolfe, ne extergas labra manu aut manica sed simul ipsa, simul manum mantili, nā

Idest responsū a proposito alienum.

Idest præterre respōdeas

poculus mēnsarius, est calfactorio mēnse aptū.

Sub lunā silentem pro venouilunium

ideo

ideo tibi datur. Carnes ne attingas, nisi ab ea parte, quã tibi est sumpturus. Tu Dromo, nõ animaduertis te manicas tuas inficere pingui carnium? reducas, si sũt apertæ, ad humeros: si non sunt, corruga, vel cõplica ad cubitum: quæ si relabuntur, affige acicula, sed qđ magis te decet, spina. Tu Dominaster delicatule, in mensam incumbis! vbi id didicisti? in hara quapiã, subijcite eius cubito puluillũ Architricline, vide ne analecta hæc pareat, reconde in promptuariũ. tolle primũ omnium salinum, hinc panem, tum lances discos, mantilia, postremo mappam. mundet quisque suum cultellum, & reponat in vaginam. Heus tu Cinciole, ne scalpas dentes scalpello, nam est noxium. conficito tibi dentiscalpium, penula vel bacillo tenui acuminato: & scalpe modicè, ne gingiuas scarifices, & sanguinem elicias. Consurgite, & abluite manus, priusquam recitetur gratiarũ actio Amoue mensam, voca ministrã, vt pauimentum hoc scopis verrat. Agamus Christo gratias: præeat verba, qui [illegible] crauit mensam. *Flo.* Pro cibo temporario gratias agimus Christe domine temporarias, fac vt pro immortalitate agamus æternas. Amen. *Mag.* Ite lusum, & cõfabulatum, & deambulatum, quò libuerit, dum licet per lucem.

GARRIENTES.

Nugo, Gracculus, Turdus, Bambalio, Obseruator.

NVgo Assideamus in hac trabe: tu Graccule è cõspectu in saxo illo, modò ne impedimento sis, quo minus cernamus prætereuntes: applicemus nos ad hunc parietẽ, egregè soli offerum. Quàm grandis truncus, & cui vsui? *Tu.* Vt nos his sedeamus. *Nu.* Oportet fuisse procerissimã & latam arborem. vnde est sumptus? *Tu.* Quales sunt in India. GR. Qui scis? fuisti tu in India cũ Hispanis? *Tu.* Quasi scire aliquid de regione quapiam nõ possit, nisi in ea fueris, sed dabo tibi autorem meum. Plinius scribit, in India cresce re ad eam altitudinẽ, quæ non possit iaculo superari.

2. Geor. *Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.* vt ait Virgilius. *Nu.* Scribit etiam Plinius, turmam equitum condi sub ramis. *Tur.* Nemo id miretur, qui scirpos illius regionis consideret, quibus infirmi fulciunt, gradum diuites duntaxat. *Grac.* Heus, quota est hora? *Nu.* Nulla. nam horarum tintinnabulum nunc funditur: adfuisti? *Grac.* Non sum ausus: nam aiũt rem esse periculosam. *Nu.* Ego interfui, & vidi innumeras mulieres prægnantes transilire canalem fusionis, qui est sub terram conditus *Tur.* Audiui hoc illis esse salutare. *Grac.* Ea est colus philosophia: vt dicũt. sed de hora quærebam. *Nu.* Quid tibi opus est hora, si quid vis agere? dum est opportunitas, est hora. Sed vbi est horologium tuum viatorium? *Grac.* Excidit mihi nuper, quum fugerem canem olitoris, post decerpta pruna. *Tur.* Ego te currentem vidi de fenestra, sed quò te recepisses, spectare non potui, quia impedimento mihi erat hortus pensilis, quem ibi mater affixit patre inuito, & multum reclamante. mater verò in proposito constans obtinuit, ne tolleretur. *NV.* Quid tu? tacebas *Tur.* Flebam tacitus. quid enim aliud agerem, dissentientib. mihi charissimis capitibus? tametsi mater iubebat me ab se stare, & clmare strenuè, sed mihi non erat cordi quicquam aduersus patrem mutire Ego missus sum ad scholam, quatuor continuis diebus inientatus à matre irata, & deierante me non esse ex se natum, sed commutatum à nutrice, de quo ait dicturam se nutrici idem apud Prætorem capitalem. *Nu.* Quid rei est Prætor capitalis? an non prætor oĩs habet caput? *Tur.* Quid ego scio? sic illa dixit *Grac.* Hem, qui sũt isti penulati & ocreati? *Nu.* Galli sunt. *Grac.* Quid est ne pax? *Tur.* Bellũ narrabant futurum, & quidem atrox. *Grao.* Quid adferunt? *Tur.* Vinum *Nu.* Exhilarabunt multos. *Gr.* Scilicet non solum vinum exhilarat, sed vini mentio, & recordatio. *Nu.* Vinosos vtique: mea mihi refert, qui aquam bibo. *Gra.* Nunquam facies bonum carmen. *Tu.* Nosti illam mulierem? *Grac.* Non quænam est?

Tur.

Tur. aures habet gossipio obturatas *Grac.* Quid ita ? *Tur.* Ne quid audiat, quia male audit. *Nu.* Quàm multæ pessimè audiunt aurib. patentibus, & bene pforatis. *Tur.* Credo huc pertinere, quod est apud Ciceronem in Tusculanis quæstionibus: Surdaster erat M. Crassus sed illud peius, qui male audiebat. *Nu.* Non dubium est quin hoc ad infamiam sit referendum. *Ia.* Sed heus tu Bābalio, inuenisti tuas Tusculanas quæstiones ? *Bamb.* Etiam apud propolam, adeo interpolatas, vt non agnoscerem. *Nug.* Quis surripuerat? *Bam.* Vatinius, quod illi malo sit. *Gra.* Vah hominem manibus aduncis, & picatissimis: ne admittas eum vnquam ad tuas capsas, nec ad scrinia, si vis omnia esse salua. Nescis illum crumeni secam existimari ab hominibus, & de crumenisecio accusatum apud gymnasiarcham *Nu* Soror puellæ illius enixa est heri gemellos. *Gra.* Quid mirum ? Mulier quædam via salaria ad Leonē galeatū, peperit nudius sextus tergeminos. *Nu.* Plinius dicit, ad septimum procedi. *Tur.* Quis vestrū audiuit de vxore Comitis Batauiæ ? quā ferūt vno partu tot edidisse, quot sunt in anno dies, ex imprecatione mendicæ, cuiusdam: *Gra.* Quid istuc fuit de mendica ? *Tub.* Mendica hæc liberis onusta, petijt ab hac comite stipem, illa vbi conspexit tot pueros, conuicio illam abegit, scortū vocitans. negabat enim posse fieri, vt ex vno viro tantam sobolem suscepisset. Innocens mendica precata est diuos, vt si se castam & puram scirent, darent Comiti ex marito suo tot fœtus vno conceptu, quot sunt in anno dies. & ita contigit, ostenditurque propago numerosa illa in oppido quodam illius insulæ. *Gr.* Malo credere, quā exquirere. *Nug.* Omnia sunt Deo possibilia. *Gr.* Imò vero facillima. *Nu.* Non nosti illum onustum retibus, comitatum canibus, cum causia & peronib. vehentē cātherio strigosissimo? *Tu.* Estne Mannius versificator? *Nu.* Est plane. *Tur.* Quænam tanta metamorphosis? *Nu.* Ex Minerua transijt ad Dianā i. ab honestissima occupatione ad inanem, & stultum laborem. Pa- *Causia est pileus aduersus æstum.*



ter eius mercimonijs faciundis auxerat rem: hic paternam artem dedecori sibi esse ducit, vertit se ad alendos equos, & venationem, non aliter ratus posse nobilitatem generis venari. Nam si quid ageret vtile: non haberetur p nobili. Sequitur eum venantem talis Curius pereruditus homo, aleator famosissimus, & qui probè nouit taxillos mittere compositos. domi hêt sodalem Tricongium *Tur.* Imò amphoram. *Grac.* Imò spongiam. *Nu.* Imò arenam Africæ aridissimam. *Bam.* Aiunt illum semper sitire. *Nu.* An sitiat nescio, semper certè paratus est potare *Bam.* Au ausculta lusciniolam illam. *Gra.* Vbinam est *Bam.* Non vides eam in ramo illo sedentem? vide, vt canit ardenter, nec intermittit. *Nu.*

Cōposi- tos, ita cadant, vt ipse vult.

Martial lib.3.

Flet philomela nefas.

Fr. Quid mirum dulciter eam garrire, qui sit Attica? Vbi etiā fluctus maris nō fine numero alliduntur littori *Nu.* Plin. scribit, eam præsentibus hominibus diutius, & accuratius cantare. *Tur.* Quid causæ est? *Nu.* Ego tibi causam aperiam. Cuculus. & philomela eodem cantant tempore verno .s. ab Aprili medio ad Maium exactum, aut eo circiter. Hæ duæ aues in contentionem venerunt, de suauitate concētus, quæsitus est Iudex: & quia de sono erat certamen, aptissimus visus est ad eam cognitionem asinus, qui præter cæteras animantes grandes haberet auriculas: Asinus repudiata luscinia, cuius se harmoniam negaret intelligere, victoriam cuculo adiudicauit. Philomela ad hominem appellauit. quem vbi videt, agit statim causam suam, canit diligenter, vt se illi approbet ad vindicandum iniuriam ab asino acceptam *Gra o.* Habeo causam poeta dignam. *Nu.* Quid ergo expectabas Philosopho dignam? posce à nouis illis magistris Parisiensibus *Gra.* Plerique illorum vestibus sunt philosophi non cerebro. *Nu.* Quid ita vestibus? Nam coquos potiùs dixeris, aut muliones. *Gra.* Quia gestant eas crassas detritas, laceras, lutulentas, immundas, pediculosas. *Nu.* Erunt ergo Philosophi Cynici. *Gra.*

Lib.x. car.9r

Aristolaris Ludo pisce.

Imò

Imò cimici: non quod videri affectant, Peripatetici, quippe Aristoteles sectę princeps cultissimus fuit. Ego verò longum vale dico iam nunc philosophiæ, si aliter non possum esse philosophus. Quid enim pulchrius, & homine dignius, quàm mundities, & ciuilis quidam cultus in victu, & vestitu? ea in re antistant mea sententia Louanienses Parisiensibus. *Tur.* Quid tu? non putas esse impedimento studijs nimiam curam monditiei, atque elegantiarum? *Gr.* Ego quidem munditiem probo, anxiam, & morosam illius curam improbo *Nug.* Damnas tu elegantias, de quibus scripsit Valla tam diffusè, quasq. adeò diligenter commendant nobis nostri præceptores? *Gr.* Alia est verborum in loquendo elegantia, alia rerum in vestiendo. *Tur.* Scitis quid est mihi narratum à Tabellario Louaniensi? *Nu.* Quid tandem? *Tur.* Clodium ardere perditè in puellam quandam, & Lusconē transtulisse se ad mercaturam è literis: hoc est, ab equis ad asinos. *Nu.* Quid audio? *Tur.* Clodium noratis omnes succi plenum, rubicundulum, benè habitum, hilarē, vultu renidenti, comem, festiuum, confabulatorem, nunc refert ille, esse exuccum, exanguem, pallido colore atque adeo lurido, imbecillum, horridum, trucē, taciturnum fugitantem lucis, & humani consortij, nemo, qui illum vidisset priùs, iam agnosceret? *Nu.* O miserum adolescentem, vnde id mali? *Tur.* Ex amore. *Nu.* At vnde Amor? Tu. Quantum ex oratione tabellarij potui colligere reliquerat seria, & solida studia, dediderat sese totum poetis lasciuis Latinis, & linguæ vulgaris. inde prima animi præparatio; vt si qua ignis scintilla in illum incideret fomitem quantumlibet exigua, subito inflammaretur velut stuppa, tradiderat se somno, & otio. *Nu.* Quid necesse habes plures, aut maiores causas amandi commemorare? *Tur.* Nunc insanit, ambulat plerumque solus, semper autem vel tacitus, vel cantillans aliquid, & modulans scribit versus sermone vernaculo. *Nug.* scilicet. *Virgil. Ecc l10*

Quos legat ipsa Lycoris.

Gra. O Christe auerte ab inimicis nostris tam perniciosum morbum. *Tur.* Nisi me ingenium Clodij fallit, recipiet se aliquando ille ad frugem meliorem. peregrinatur animus eius in nequitia, non habitat. *Gr.* Et ille alter quas mercaturas exercet? *Tur.* Misit ad patrem epistolam, flebiliter conscriptam de misera conditione studiorum, quam quod esset apertilis, legit ipse tabellarius Pater homo crassę Mineruæ trãstulit eum à chartis ad lanas, pannos, glastum, piper, zingiber, cinnamomum. Nunc ille succintus bracca, mirè diligens, & sedulus in aromataria taberna, vocat aduentores excipit blandus, scendit, descendit per scalas infestissimas, profert suas merces, vertit, inuertit mentitur, peierat: omnia sunt illi leuiora, quam studere. *Nu.* A puero noui illum attentum ad rem, & delectari nummulis, itaq. potiorem habuit nummationem, quam literaturam, & vile lucrum antepo suit excellentiæ eruditionis. aliquando pœnitebit eum. *Tu.* Sed serò *Nu.* Indubiè prouideat, ne accidat sibi, quod suo consobrino *Tur.* Cui? *Nu.* Antronio in Angiportu pomurum, ad tres gracculòs. Non audisti illũ superiore ãno decoxisse? *Gra.* Quid decoxit queso? estne hoc tantũ malũ? an nõ quotidie id fit in culinis omnibus? *Tu* Decoxit rem. *Grac.* Quam rem? *Tu.* Alienam, & conturbauit. *Gra.* Nihilne reddidit creditoribus? *Tur.* Ex compactione (nam receperat se in asilum) vncias ternas ex libris singulis *Gr.* Hoc vocastu decoquere? quum nihil crudius, sed quo modo amisit? *Tur.* Audiui equidem nuper de patre, non satis tamen intellexi. narrabat pater eum fecisse versuras damnosissimas, quæ deglubuerunt eum, & deuorarunt vsque ad ossa. *Gra.* Quid rei est versura? quid deglubere? *Tur.* Ne ego quidem noui, credo esse aliquid de furibus. *Nug.* Vides illum obesum? quem putes vix se posse commouere petaurista est, & funambulus. *Gra.* Ah tace, rem narras incredibilem. *Tur.* Non ipse quidem suo corpore, sed calicib. *Gr.* Adferebat aliquid aliud noui tabellarius de nostris sodali-

Apertilis, quæ aperiri possit integrè.

Conturbauit rationes. s. noles soluere creditorib.

bus? *Tu.* Etiam de Hermogene, qui in omni nostro certamine semper ferebat primas, is admirabili mutatione ex ingeniosissimo, & (vt ætas illius ferebat) doctissimo, repente factus est tardissimus & rudissimus *Nug.* Tale quiddam sæpè vidi accidere in quibusdam acutulis *Bam.* Aiunt, id fieri, quum ingenij acumen non est solidum: vt in scapellis, quorum acies facilè retunditur, præsertim si quid secet paulò duriùs *Gra.* Quid est ne acies in ingenio, sicut in ferro. *Bam.* Nescio ferrum sæpè, vidi ingenium nunquam vidi. *Nu.* Quid factum est adolescenti illi pagano, qui superiore mense exhibuit nobis prandium aduentoriũ refertum delicijs rusticis, ad quem à fuga retrahendũ præceptor miserat quatuor fugitiuarios? & erat formosulus. *Tur.* Venustus asinus. Puella amanuensis amitæ meæ, quæ puella est illi soror patruelis, conuenit illum nupeer in pago suo nudo capite, impexum, horridum, sentum, cum gallicis, & tunica villosa leuidensa, vendentem in triuio quodam chartaceas imagines, & tabellas elementarias, cantantem cantiones nouas in circulis. *Gra.* Oportet illum esse ortum claro sanguine. *Tur.* Qui isthuc? *Gra.* Quoniam pater eius est de genere Coclitum. *Nu.* Non tam id arguit nobilem virum, quam bonum iaculatorem, collimabit facilè. *Tur.* Aut fabrum tignarium, qui oculo rubricam dirigit vno. *Nu.* Nunquam placuit mihi ille puer, nec dederat mihi significationem aliquam, virtutis *Gr.* Quid ita? *Nu.* Quia nec amabat studia, nec præceptorem reuerebatur, qui est præditi animi argumentum euidentissimum: senes irridebat, & calamitosos subsãnabat. Sed quis est iste sericatus, torquatus bracteatus auro? *Gr.* Ex genere clarissimo, matrem habet nobilissimam, & fecundissimam. *Nu.* Quam? *Gra.* Terram & vix credas, quas semper faciat delicias. dicas puerulum in cunis adhuc, & crepundijs vagientem. *Nu.* At qui lanugo illi incipit iã per malas serpere. *Bam.* Hem obseruator venit, expedite libros, explicate, incipete euoluere. *Gra.* Nec fuit

Prãdiũ aduẽtoriũ, pro suo felici aduẽtu. Fugitiuarij, qui retrahũt seruos à fuga. Amanuẽsis, qui hera habet semper sibi paratã ad manum. Gallica socci lignei. Villosa leuidẽsa crassa, qualis est Frisia. Collimabit attiget scopum.

bis multis Hebdomadibus obseruator magis curiosus & qui tam gauderet deferendis ad magistrũ criminibus. *Bam:* Vtinam saltem nos veræ culpę reos ageret: sed calumniator plerumque *Nu,*

Hic murus aeneus esto,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Hor. ep. 1. lib. 1. Sed quiescite, ego illum statim hîc fugabo. *Ob.* Quid tu dicis Vacia, *Nu.* Quid tu vatrax? *Obse.* Vatrachomyomachia? sed ioco amoto, quid hic agitur? *Nu.* Quid ageretur? quod inter bonos scholasticos, & studiosos: legitur, ediscitur, disputatur. Dic sodes capitulum lepidissimum, quid est apud Virg. Transuersa tuentibus hirquis? *Obse.* Bene facitis. pergite studere, vt bonæ indolis adolescentes decet. mihi aliud nunc est negotij, vos valebitis *Nu.* Satis nugatum est reuertamur ad ludum, sed prius relegamus, quæ preceptor explicauit, tum, vt discamus, tum vt illi placeamus & nos approbemur, quod cuique nostrum debet esse in votis, non minus, quàm Patri.

Eclog. 4. Virg.

ITER ET EQVVS.

Misippus, Philippus, Misospudus, Planetes, Puer, Rusticus.

PHil. Vultisne proficiscamur animi gratia Boloniam, quæ est ad Sequanam? *Misis.* & *Mios.* Nihil malumus, die præsertim sereno, & à ventis silenti, tum etiam nostro pædagogo feriato. *Pilip.* Cur non est vobis operarius? *Miso.* Quia Pandulphus madefacturus est hodie ingenti prandio magistros omnes in honorem laureæ suę magistralis. *Pla.* Vah quantum potabitur. *Mi.* Multo plus sitietur, *Misi* Ego habeo abstuconem, *Phi.* Et ego equum meritorium, conductum de lusco impostore. *Mi.* Ego & planetes vehemur rheda: reliqui, si videtur, vel pedestres sequentur nos, vel vi brachiorum agent cymbam contra cursum amnis. *Ia,* Imo equis trahetur *Mi.* vt erit cordi. nam nobis pedestre iter magis placet. *Phi.* Eia puer, frena equum meum, & insterne. Quid malum

Austur. co equis ab Asturia oppido Hispania sic dictus pedestre idē quod terrestre

manno

manno indis lupatū? orna; potius frænulo illo læui cū bullis Pu. Hui, nec oream habet, nec aureas. Phi. Si scirem quis fregisset ego illi frangerem. Mis: Quid tu nunc dices concitatus? Phi. Panem in cœna. Accipe vnde poteris, accomodato. Pu. Scilicet in medijs pedagogijs, quæris tu vel eqoos, vel equorum ornamenta? Phi. supple igitur quæ desunt, ex hoc fune Pu. Erit deforme. Phi Abi insane, quis videbit extra vrbem? Pu. Antilena est dissuta Phi. Sarcias ligula astrictoria aliqua Pu. Non habet postilenam. Phi. Nec est opus: Pla Magnum equitem, & exercitatum. delabetur ephippium ad collum, & effundet te equus supra caput. Phi. Quid ad me? lutosa est magis via quàm lapidosa: inficiar cæno, non cruentabor. Sed si hæc omnia apparanda non hinc discedemus ante vesperum, adhuc equum qualicumque ornatu. Pu. Paratus est, conscende; ah quid agis, pedem dextrū ponis priorem in stapeda? Phi. Vtrum ergo? Pu. Sinistrum, & habenas sinistra manu rege; dextera cape hanc virgulam, quæ erit pro calcaribus. Phi. Non indigeo: calcanei erunt mihi vice calcarium. Pu. Iubellium Tauream videtis, aut qui cum hoc est congressus. Asellam. Phi. Apage historias in procinctu: vbi reliqui? Pu. Ite ego comitabor vos pedester. Mis. O equum molestissimum succussatorem, ossa mihi omnia contuderit, priusquā peruenimus in oppidulū. Phil. Quid, malum est itrarum istud tuum? clitella est, vt puto. Mis. Paulo minus. Phi. Quanti? quanti? Mis. Numis Turonensibus quatuordecim. Phi. Equum ipsum cum suo victu, & vestitu tanti non emerim: nec videtur mihi equus vector, nec ephippiarius, sed iumentum clitellarium & iuguale, aut dossuale animaduerte quæso, vt passim cespitat? vel in chartam, aut latum culmum impigneret Mis. Quid tu de eo dicis? pullus est adhuc. Sed garrias, quæ voles, vides tu hūc equū? is quaiis, qualis est, me vehet, aut ego illum. Pu. Vngulam habet tenerrimam miser. Phi. Quid admonuit te tam accurate vnoculus, quum tibi

Mānūs roncinō ageuole orea corrigia ǭ est sub ore. Aurea corrigia ad aures Antilena est lorū antepectus Poscilena est lorū ab strato ad caudā. Clitella il basto. dossuale ꝙ dorso aliquid portat antiqui dorsum dicebāt dossum, vt Varro docet. Vnocul. quē supra vocauit Insciū substernerē, paleā ad cubādū

tibi cum insterneret? *Mis.* Rogauit verbis amantissimis, ne duo insideremus equo, alter in strato, alter super clunes, & vt in equili diligenter ei substernerẽ. *Pu.* Nimirum eget misellus, qui latera hẽt nudata carne. *Ph.* Quid agitis vos? non ascenditis in rhedam? *Pli.* Probe mones. rhedarius Petit nunc altero tanto plus, q̃ quanti eramus pacti. *Phi.* Cum rhedarijs est vobis res & cum nauiculatoribus, facile conficietis omnia, & ex animi sententia. genus hominum est mite, mansuetum, come, vrbanum, pium. Rhedarij sunt fęx terræ, nauiculatores fæx maris. date illi dimidium eius, quod plus poscit. *Pu.* Quotam esse iam horam censetis? *Phi.* Ex sole conijcio esse vltra decimam. *Pu.* Appetit iam meridies. *Phil.* Itane? heus Misippe; eamus sequatur qui poterit. Inuenient nos ad Galerum purpureum. ea est taberna diuersoria sita contra regiam pyramidem, non procul à domo Curionis. *Mis.* Qua egrediemur? *Phi* Per portã Marcellinam, ad dextram simplici via & directa. *Mi.* Imo teneamus hanc semitam, via iucunda & placida. *Phi.* Minimè verò nihil commodius, ac tutius quàm via regia. nam transuersis itineribus amittemus comites: præsertim qui trames ille, nisi me fallit memoria, est valde sinuosus, & ambagiosus. *Mis.* Qui sunt isti hastati? videntur milites ex istis mercenarijs. *phi.* quid agendum? *Mi.* Reuertamur ne nos spolient. *Phi,* Quid agemur: nam facile euademus eos cursu equorum per campos. *Mis.* Quid si gestent tormenta manuaria? *Phi.* Nihil tale cerno, sed solas sarissas. *Mis.* Accede propius. *Pu.* Quid rei est? *Mi.* Non tu vides illos germanos? *Pu.* Quos? *Mi* illos huc venientes aduersus nos. *Pu.* Planè sunt Germani, sed Parisienses, rustici duo cum suis baculis, *Mi.* Profecto ita est: bene sit tibi animam mihi & vitam reddidisti. Sed vbi Misospudus & Planetes? *Pu.* Rhedarius iratus, qui nõ quantum postulauerit accipiat, duxit eos via salebrosa: equi dum magna enituntur vi rotas in alto cœno herentes extrahere, temonem, & helcia confregerãt,

Curio est sacerd. qui præest Parochiæ Curatus vulgo. Tormenta, manuaria quas selopetas võcant. Sà rissa hastæ pralõga, ita à Macedonis vocata. Heleiũ quod est trasio valet spartẽu funis quo pectori equorum adnexo trahuntur onera. Cãthus ferrum quò superficies rota vĩcitur.

tum

tum canthi reuulsi sunt cum clauis, & ipse rotam su flaminauerat imprudens, bili excęcatus: nunc ea reficit stomachabundus, & conuitiãs diuis omnibus, vectores quoq. diris deuouens atrocissimis. *Philip.* Quæ capiti illius sint. *Puer.* Puto eos rheda relicta transituros in sarracum, quod sine onere habet iter Boloniam. Glaucus, & Diomedes ingressi erant in scaphã quandam, sed nautæ negãt se hoc vento posseremis aut contis agere nauigium. equos helciarios narrant omnes esse occupatos, nescio qua materia vehenda: ita non dũ religarant primnesium. *Phi.* De naulo nihil noui. *Pla.* Nihil prorsum. *Phi.* Mirum est, sed conijcio quid futurum sit, non peruenient illi Boloniam ante serum diei. *Mis.* Quid tum? Sumemus diem crastinũ totum ad reficiendum animum. Aspice vt fluuiolus ille leniter labitur, aquę plane crystallinæ inter scrupos aureos, quam iucundum murmur? Audis lusciniolam, & carduelem? Profectò territorium hoc Parisiense, amœnissimum est *Phi.* Quod spectaculum potest esse huic par? quàm placido agmine fuit Sequana? vt fertur nauicula illa plenis finibus & secundo vẽto? mirificè his omnibus redintegrantur animi. ò pratum miro artificio vestitum. *Mis.* Nempè ab admirabili artifice *Phi.* Quam suauem odorem eructat. *Mis.* Hac hac ad sinistram flectito, vt vites cœnum tenacissimum, in quo gradarius tuus statim vnguem amitteret. Quàm contrarius hic campus suo vicino, obsitus situ, squalidus, cariosus, horrens petris, & spinis armatus? *Pu.* Non vides esse agrum ruderatum ex villæ ruinis & alioqui frumentarius est? Hyberno puluere, verno luto, magna farra Camille, metes, *Phi.* Quæso cantilla versus aliquot, vt solet. *Mis.* placet.

Equi helciarij, qui trahunt nauigium aut similia. prymnesiũ, funis est quo nauicula terræ alligãtur. Gradar. equus qui sine sue cussatione molliter incedit.

Felix ille animi, diuisque simillimmus ipsis.
quem non mendacis resplendens gloria fuco.
Sollicitat non fastosi mala gaudia luxus;
Sed tacitos sinit ire dies, & paupere cultu.
Exigit innocuæ tranquilla silentia vitæ.

Virg. 1. Georg.

Phi.

In Rusti co circa initium

Phi. Versus facetissimos, & grauissimos. cuius quæso sunt. Mis. Non agnosti? Phi. Non Mis. Angeli Politiani. Phi. Vetustiores putaui, & habent gratiam antiquitatis. Suspicor nos deerrasse. Mis. Heus bone vir, qua itur Boloniam? Ru. Aberratis. obuerti te cantheria vestra ad biuium illud, & tenete viam, quam rodit flumen, ea vos non fine falli, recta est, & simplex vsque ad vetustam quercum, inde ad manum hanc vos præcipitatote Mis. Habemus gratiam. Ru Ducat vos Deus Mis. Mallem currere, quàm sic ab equo isto concuti Phi. Tanto cœnabis auidius Mi. Imo non potero cœnare delassatus, & confractus toto corpore. citiùs quæram de lecto, quàm de mensa. Ph. Sede coniunctis cruribus, non diuaricatis: minus senties laborem. Mis. Hoc est fœminarum, facerem, nisi metuerem derisus, & sannas prætereuntium Pu. Siste parumper Philippe, dum hic faber ferrarius calcearit asturconem tuum, cui excussa est solea dextri pedis. Mis. Quin potius moremur hic, vt clauso diuersorio sub dio dormiamus. Phi. Quid tum? in aperto mũdo, an non id præstabilius, quàm in clauso? grauius esset quod incœnes.

Canthe-riale chi nue.

Nõdinacio à caualcatione cõiũctis cruribus caualcar cõ le gã be tutte due da vn lato.

SCRIPTIO.

Manricus, Mendoza, Puer, Magister.

MAn. Adfuistin hodie, quum ille haberet orationem de vtilitatibus scribendi. Men. Vbinam? Man. In auditorio Antonij Nebrissensis? Men. Minimè verò, sed tu recense, si qua hæserunt memoriæ, Man. Quid ego recenseam dixit tam multa, vt omnia propè exciderint. Men. Ergo contigit tibi, quod de vasis angusti orificij Quintilianus dicit? quæ superfusã humoris copiam respuunt: sensim si instilles, recipiunt, Sed nihil retinuisti penitus? Ma. Propemodũ nihil. Men. Aliquid igitur Man. Perpusillũ. Men. Isthuc ipsum perpusillum fac mihi et commune. Man. Primum omnium aiebat esse per quam admirabile, tãtã varietatem humanarum vocum pau eis põtuisse literis comprehendi: deinde amicos absentes posse in-

Li. 1. c. 2 circ. fin.

ter se beneficio literarum colloqui. Addebat nihil esse visum mirabilius apud insulas istas à regibus nostris recens inuentas vnde aurum adfertur, q̃ posse inter se homines aperire quæ sentiant, tanto interuallo regionum missa chartula aliqua maculis nigris distinta. Rogabat enim, an papyrus sciret loqui, hęc ille, & alia per multa, quæ sum oblitus *Men.* Quandiu dixit? *Man.* Horas duas. *Men.* Ex tam longa oratione tam paucula mandasti memoriæ? *Man.* Mandaui quidem memoriæ, sed ea noluit retinere. *Men.* Plane dolium habes filiarum Danai. *Man.* Imò excepi cribro, non dolio. *Men.* Accersamus aliquem qui tibi ea quæ ille dlxit, redigat in memoriam: *Man.* Mane tamen, nam aliud quiddam cogitatione quæro: teneo. *Men.* Eloquere tandem, cur non excipièbas pēna? *Man.* Nō erat ad manum. *Men.* Ne pugillares quidem? *Man.* Ne pugilles quidem. *Men.* Exprime hoc tandem. *Man.* Aufugit iam: tu excussisti mente tam odiosè interpellando. Men. Hui tam cito? *Man.* Rediit in memoriā. Ex autoritate nescio cuius scriptoris affirmabat, nihil esse ad magnam eruditionem compendiosius, quàm probe ac celeriter pingere. *Men.* Quis est autor. *Man.* Nomen sæpè audiui, sed memoria effluxit. *Men.* Vt alia, sed huic præcepto non paret vulgus nostræ nobilitatis, quæ pulchrum, & decorum sibi esse ducit, nescire literas formare; dicas sacrificationem esse gallinarum, & nisi præmonitus sis cuius sit manus nūquam diuinaris. *Man.* Et ea de causa vides, q̃ crassi sint homines, quàm amentes, & opinionibus corruptissimis. *Men.* Quomodo sunt vulgus, si nobiles? an non hæc multum inter se distant? *Man.* Quia vulgus non vestib. & possessionibus distinguitur, sed vita, & iudicio de rebus integro. *Men.* Vin ergo, vt nos à vulgari ista inscientia vindicemus? tradamus nos huic exercitamento. *Man.* Nescio quo pacto, naturale est mihi, distortè, inequaliter, perturbatè exarare litteras. *Men.* Hoc habes nobilitatis, Exerceas te: nam assuefactio mutabit, quod naturale esse ducis, *Man.* Sed

ybi

vbi is habet? *Men.* Ex me tu id quæris, qui nec audiui hominem, nec vidi, quum ipse eum audi ris. tu quantum intelligo, velles omnia ingeri tibi præ.mansa in os. *Man.* Nunc commemini aiebat sibi domum conductam iuxta ædem diuorum Iusti, & Pastoris. *Men.* Est ergo vicinus vester. eamus. Man. Heus puer vbi est Magister? *Pu.* In illo cōclaui. *Man.* Quid agit? *Pu.* Docet quosdam *Ma.* Significa, illi adstare hic pręforibus, qui huc etiam veniunt, vt ab eo doceātur, *Mag.* Qui sunt pueri isti? quid petunt? *Pu.* Tecupiunt conuentum. *Mag.* Admitte eos ad me recta. *Man.* & *Me.* Optamus tibi salutem, & omnia prospera, Magister. *Ma.* Ego vicissim vobis felicem huc ingressum sospitet vos Christus. quid est? quid vultis? *Man.* Doceri abs te artem istam quam profitere, si modo vacat, & si vis *Mag.* Profectò oportet vos esse pueros honestissimè educatos, quia & sic loquamini, & tam modesto sitis ore. Nunc verò magis, quum tota facie suffudit se vobis rubor. confidite filij, nam iste est color virtutis; qui vocamini? *Man.* Mansicus, & Mendoza. *Mag.* Nomina ipsa testātur ingenuā educationem, & generosos Anincos. Ita demum eritis verè nobiles, si ijs artibus excolatis animos, quæ maxime sunt dignissimæ claris natalibus: quanto magis sapitis vos quod multitudo ista nobilitatis, qui eo se habitum iri generosiores sperāt, quo imperitius pingant litteras. sed minimè est hoc mirandum: quàdoquidem persuasio hæc dementiam nobilitatis iam pridem inuasit, nihil esse abiectius, aut vilius, quàm aliquid scire. Ergo videre est, illos epistolis à librarijs suis compositis subscribente, id quod legi nullo pacto potest, nec scias à quo tibi epistola mittatur, nisi sit à tabellario prædictum, aut signum agnoscas *Man.* id modo ego & Mendoza quærebamur. *Mag.* Sed venitis huc armati? *Man.* Minimè verò bone præceptor. vapularemus à nostris pædagogis, si ausi essemus arma hac ætate vel aspicere, nedum tangere *Mag.* Ah ah non loquor de armis crudelitatis, sed de

istis

istis scriptorijs, quæ ad præsentem rem faciunt. Habetis thecam pennariam cum pennis? *Men.* Quid est rei theca pennaria? an ea, quem nos calamarium nominamus? *Mag.* ea ipsa. nam antiquissimi homines solebant stylis scribere; quibus successerunt calami, & potissimum Nilotici, Agareni, si quos vidisti si harundinibus scribūt à dextra in sinistram sicut omnes penè ad Orientem nationes. Europa Græcos secuta, contra à sinistra in dextram. *Ma.* Etiam Latini? *Ma.* Latini quoque filij: sed hic à Græcis habent originem, & olim veteres Latini scribebant, in membrana deletili, q̄ vocabitur palimpsestos, tum una tantum facie. nam qui vtrinque erant libri conscripti, epistographi dicebantur: qualis fuit. Orestes ille Iuuenalis; scriptus, & in tergo nec dum finitus. Sed hæc aliàs. nunc ea quæ instant. Anserinis pēnis scribimus, aliqui gallinaceis. Vestræ istæ sunt egregie habiles. nam sunt candidè amplæ, & nitidæ, & firmæ. detrahite plumulas scalpello, & detruncate aliquid è cauda; tum eradite, si quam habent scabriciem; nam læuigatæ fiunt aptiores. *Ma.* Nunquam ego gero nisi deplumatas, & nitidas, sed institutor meus docuit me eas læues facere saliua, & affricatione aduersum tunicam, vel feminicruralia. *Mag.* Præsens consilium. *Men.* Doce nos aptare pennas. Primum omnium rescindetis vtrinque caput, vt fiat bifurcata: tum in superiori parte incisuram facite scalpello sensim ducto, quæ crena vocatur: hinc æquate duos illos pedunculos, seu mauultis nominare cruscula, ita tamen, vt altius sit dextrum, in quod penna scribendo incumbit; id tamen discrimen vix perceptibile oportet esse. Pennam si firmius vis charthæ imprimere, tribus digitis teneto: sin celerius, duobus pollice, & indice, more Italico, Nam medius inhibet magis cursum, & moderatur, nè se immodicè effundat, quam adiuuat. *Mag.* Profer atramentarium, *Men.* Hem, cornu atramentarium elapsum est mihi venienti *Mag.* Puer profer ampullam illam atramen-

Sat 1.

tariam, ex ea effundemus in hoc mortariolum plumbeum. Men. fine peniculo? Mag. Ita haurias penna liquidius, & commodius, nam in goſſipio, vel filo bombycini, aut lini, quum pennam intingis, adhæret ſemper crenæ fibra aliqua vel flocculus, in quo detrahendo fit mora ſcriptioni: aut ſi non detrahas, liturias verius effingas q̃ litteras. Men. Ego ex ſodalium conſilio linteolum Melitenſe indo, aut bombycinum leue, ac tenue. Iſtud verè eſt ſat ius. Cæterum multo p̃ſtat, ſolum atramentum infundere in mortariolo quidem fixo, nam quod circumgeſtandũ eſt, huic omnino opus eſt peniculo. Cæterum habetis chartam? Men. Hanc. Ma. Aſperam admodum, & quæ pennam remoretur, nè inoffensè decurrat, quod eſt ſtudijs noxium, Nam dum luctaris cum ſcabricie chartæ, elabuntur multa ex ijs, quæ ſcribenda cogitaueras. Hoc genus chartæ amplæ denſę duræ, ſcabræ, librarijs relinquite: quæ ideo libraria nuncupatur, quod ex eis fiant ad diuturnitatem libri. nec illam quotidiano vſui parueris grandem, auguſtanam. ſiue imperialem, quæ de rebus ſacris hieratica nominantur: quales videtis in libris ſacrum edium. acquirite nobis chartam epiſtolarum, quæ ex Italia adfertur optima, tenuiſſima, & firma: vel vulgarem illam, quam ex Gallia important, quam paſſim inuenietis venalem in ſingulos codices numis octonis plus minus: dabitur vobis pro corollario philura vna aut altera chartæ emporeticæ, quam bibulã dicimus. Men. Quæ eſt horum nominum ratio? na m ſæpè dubitaui. Mag. Emporetica de Greco venit ab inuoluendis mercibus, & bibula, quòd atramentum abſorbeat: ita non erit vobis opus furfuribus, aut ſabulo, vel puluere de pariete eraſo, Sed omnium optimum eſt, quum per ſe literæ exiccantur. eo enim modo diuturniores fiunt. Proderit tamen emporetica, quam ſub manum extendatis, ne ſudore, aut ſordibus maculetis papyri candorem. Man. Cedo iam nobis ſi videtur exemplar. Mag. Primum abecedariũ, deinde

Bombicinũ tafetanũ vulgò.

deinde syllabatim, tuū verba coniūcta, ad hūc modū: Disce puer, quibus fias sapientior, & proinde melior. voces sunt animorum signa inter præsentes, literæ inter absentes. Hæc effingite, & redite huc a prandio, vel cras, vt scripturam vestram emendem. *Man.* Faciemus interea, commendamus te Christo. *Mag.* Et ego vos eidem. *Men.* Secedamus, vt absque interuentu sodalium, & interpellatione meditemur, quæ à Magistro hoc accepimus. *Man.* Placet mihi ita fiat. Men. Ventum est, quo volebamus. Assideamus in his saxis. *Man.* Etiam, sed auersi à sole. *Men.* Mutua mihi dimidium charthæ folium, quod reddam cras. *Man.* Sufficit tibi hoc frustulum? *Men.* Hui, non capiet sex versus, ex meis præsertim. *Man.* Scribe in vtraque facie, & duc versus densiores, quid necesse habes tam magna interstitia relinquere? *Men.* Egone? vix interuallum est vllum, nam litteræ sese vtrinque attingūt. presertim, quæ longos habēt apices, aut pedes, vt b, & p. Sed quid tu? iāne duos versus exarasti? & quidem eleganter, nisi quod sunt praui. *Man.* Scribe tu seorsum, & tace. *Men.* Enimuerò penna, & atramento hoc scribi nullo pacto potest. *Man.* Quid ita? *Men.* Non cernis, vt penna respergit chartam atramento extra litteras? *Man.* At atramentum meum adeo est crassum, vltimum esse credas aspice amabo, vt hæret in summa crena, nec ad characteres formādos defluit. Quin igitur vtrique incommodo medemur, tu de cuspidibus pēnæ rescinde scalpello: quo atramentum commodè colligat in litteras: ego in ad atramentariū, quo fit atramentū liquidius instillabo guttas aquæ aliquot. *Men.* Immerito potius. *Man.* Oh ne lotium? fœtebit atramentum ipsum, & quicquid scripseris: nec facilè deinceps odorem huc elueris è peniculo optimum esset acetum, si haberes ad manum; nam hoc vi sua statim disrarat densum atramentum *Men.* Verum: sed periculum est ne acrimonia sua chartam penetret. *Man.* Nihil tale metuas, hæc charta maximè omniū continet atramentum ne

ipsum, & quidquid scripseris: nec facile deinceps odorem hunc elueris è peniculo, optimum esset acetum, si haberes ad manum; nam hoc vi sua statim disrarat densum atramentum *Men*. Verum: sed periculum est nè acrimonia sua chartam penetret. *Man*. Nil tale metuas, hæc charta maximè omnium continet atramentum, ne effluat, *Men*. Extremæ huius tuæ chartæ oræ inequales sunt, rugatæ, & asperæ. *Man*. De marginato chartam aliquantum forficibus, nam hoc est etiam elegantius. aut citra eam asperitatem scribendo subsiste. Tibi semper leuissimæ offẽsiones satis magno impedimento sunt, ne pergas: se quicquid est in manibus abijcias illicoi *Men*. Redeamus iam ad præceptorem. *Man*. Videtur tibi tempus? *Man*. Metuo, ne præterierit iam tempus, nam solet maturè cœnare. *Man*. Eamus ingredere tu prior, qui habes minus cordis. *Men*. Imò tu potius, qui minus frontis *Man*. Vide ne quis ab illo exeat, qui deprehẽdat hic nos iocantes, & lasciuentes. Pulsemus fores annulo, & si patentes: nam hoc fuerit vrbanius. At, at. *Pu*. Quis istic ? recta introeas, quisquis es. *Man*, nos sumus, vbi est institutor-*Pu*. in cõclaui. *Men*. Omnia sint tibi fausta præceptor. *Mag*. fœliciter veneritis, *Men*. Effinximus quinquies, aut sexies tuum exemplar in eadem charta, referimus hoc opus nostrum ad te emendandum. *Mag*. Recte facitis: Ostendite, posthac relinquite maiorem intercapedinem versuũ vt sibi vt ego possim corrigere vestra errata ad emẽdationẽ. Hæ litteræ sunt admodũ inequales, quod est in scribendo fœdum. Animaduertite, quanto, m, maius est quàm e, & o, quàm orbis huius p? nam litterarum corpora omnia oportet esse æqualia. *Men*. Quid quæso vocas corpora ? *Mag*. Media in litteris præter apiculos, & pedunculos, si quos habent: apices habent b, & l: pedes p, & q, Iam in eodem m, crura sunt imparia primum breuis est medio, & nimis magnam caudam trahit, sicuti, & illud a. nec satis imprimitis pennam charthæ, vix hæret atrameutum, nec

digno-

dignoſcas, quæ ſunt elementa. Quod litteras has transformare tentaris in alias, eraſis particulis cuſpide ſcalpelli, magis deturpaſti ſcripturam. ſatius fuiſſet, tenuem lituram inducere, tum & quod ſupereſt verbi in fine verſus transferre in caput ſequẽtis, modo integrè ſint ſemper ſyllabæ, quas ſecari non patitur lex Latinæ ſcriptionis. Auguſtum Cæſarem prodūnt memoriæ non ſolitum verba diuidere, nec ab extrema parte verſuum abundantes litteras in alterā transferre, ſed ibidem ſtatim ſubijcere, & circumducere. *Man.* Nos id libenter imitabimur, quoniam exēplum eſt regis. *Mag.* Rectè facitis. quomodo .n. aliter approbaretis vos ex illius eſſe ſatos ſanguine? Sed ne coniugatis omnes litteras, nec omnes ſeparetis. Sunt quæ vinciri inter ſe poſtulent, vt caudatæ cum alijs, velut a, l, u, item haſtatæ, vt f. & t. Sunt quæ recuſent, nempè orbiculatæ p, o, b. Quantum poteritis, recto capite ſcribite, nam inflexo atque incumbenti, defluunt humores ad frontem, & oculos: vnde morbi naſcuntur multi, & videndi imbecillitas. Accipite alterum exemplar, quod exprimatis cras Deo propitio.

Sed propera, nec te venturas differ in horas, *Ouid. I. de re mA.*
Qui non eſt hodie cras minus aptus Erit, & aliud
Currant verba licet, manus eſt velocior illis,
Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

Men. Viſne, etiam vt lituram hanc reddamus? *Mag.* Lituram ſane, modo & alia probè exarata. *Men.* Interea optamus te belliſſimè valere.

VESTITVS ET DEAMBVLATIO Matutina.

Bellinus, Maluenda, Ioannes, Gomexulus.

MAl. Nempè hoc aſſiduè, iam clarum mane feneſtras intrat. Stertimus, indomitū quod doſpumare falernum ſufficiat. *Bel.* apparet profecto inſanire te. nam alioqui nec tam multo mane eſſes experrectus, nec verſus funderes, & quidem ſatiricos, quo manifeſtius rabiem tuam pateſacias. *Mal.* Acci- *Perſius Sat. 9.*

pe ergo epigrammatarios, edentulos, & falsos. Surgite, iam pueri, vendit ientacula pistor. Christateq. sonant vndiq. lucis aues. *Bel.* Istud de ientaculo citius mihi somnum excuteret, quam clamores tui. *Mal.* Festiuissime nugator precor tibi felicem hunc diem. *Bel.* Ego tibi faustam noctem, & bonum cerebrum, vt simul, & dormire possis, & soluta oratione loqui. *Mal.* Quæso te, serio responde, si modo serio potes vnquam loqui, quam ram censes nunc esse? *Bel.* Medium noctis, vel plus paululum. *Mal.* In quo horologio? *Bel.* In meo domestico. *Maluenda.* Vbi tandem est tuum horologium domesticum? tu vt horologium vnquam habueris, aut inspexeris, cui omnis hora est semper dormiendi, edendi, ludendi: studendi vero nunquam? *Bellinus.* Atqui hic habeo horologium mecum. *Maluenda.* Vbi? ostende. *Bellinus.* In meis oculis. vide, vt nulla vi aperiri possint: obdormi rursus obsecro, aut certè tace. *Maluen.* Quid malum est carosis hæc, seu veriùs lethargus & mors quædam? quandiu putas nos iam dormisse? *Bel.* Horas duas, vel ad summum tres. *Mal.* Ter ternas. Bel. Qui fieri isthuc potest? *Mal.* Gomezule, i curriculo ad solarium Franciscanorum, & contẽplare, quota sit hora. *Bel.* Apage solarium, cum sol nondum sit ortus. *Mal.* Ortus verò; aperi fenestram istam vitream, heus tu puer, vt verberet sol huius oculos suis radijs, plena sunt iam sole omnia, & vmbræ minores. *Bel.* Quid tibi est rei cum ortu solis, & occasu? sine illum priorẽ te surgere, cuius maius est conficiendũ iter diurnum: Gomezule, cursim contendito ad D.Petri, ibi aspicito & in horologio machinali quæ sit hora, & in gnomone, *Gom.* Vtrumque sum intuitus: in solario parũ abest vmbra à secunda linea, in horologio digitus indicat horam paulo plus quintam. *Bel.* Quid narras? aliud ergo agendum restat tibi, vt hic sistas mihi fabrum ferrarium ex vico lapideo, qui forcipe disiungat

Mar. l. 4 in fin. lib.

gat

gat has palpebras tam affixas. dic ei reuellendam esse è foribus seram aliquā cuius sit amissa clauis. *Gom.* Vbi nam habet? *Mal.* Iste vero serio accerseret. Desine iam nugari, & surge. *Bel.* Surgamus tandem, quando ita obstinasti animo. Vah, quam es odiosus sodalis. Exuscita me Christe ex somno peccati ad vigiliam iustitiæ, transfer me ex nocte mortis ad lucem vitæ, Amen. *Mal.* Feliciter tibi procedat hæc lux. *Bel.* Et tibi hæc eadem, & aliæ quamplurimæ lætæ ac faustę: hoc est, vt eam ita transigas, ne cuius virtutem lædas, ne quis tuuam. Puer adferto subuculam mundam, nam hanc iā toto sex dies gestaui. hem arripe pulicem illum salientem. Omitte nunc venationem pulicarem. quantulum erit, pulicē vnum in cubili hoc extinguisse? *Mal.* Quantum guttam vnam aquæ Dilæ huic adimere. *Bel.* Imò verò mari ipsi Oceano, Nolo hanc subuculam collari rugato, sed alteram illam plano. nam rugæ hæ quid aliud sunt hoc tempore, quā nidi aut receptacula pediculorum, & pulicum? *Mal.* Inepte, existes repente diues, habebis pecus album, & pecus nigrum. *Bel.* Peculium numerosum magis, quàm quęstuosum: & comites, quos malim semper videre in vicina, quam domi meæ. Iube famulam resuere latera huius subuculæ, & quidem filo serico. *Gom.* Non habet. *Bel.* Lineo igitur, aut laneo, aut etiā si ita lubet ei, sparteo. nunquam famula hæc habet, quod est opus, quod verò non est opus affatim te vero Gomesuele nolo ego esse diuinatorem. exequere mandatum meum, & renuntia: ne arioleris, quid sit futurum. Excute puluerem è fœminicruralibus concucussu, hic purga diligenter muscario illo setaceo. Vdones dato itidem mundos, nam hi sunt iam exsudati, & pedore olidi moue eos isthinc, continuo offendit me fœtore grauissimè *Gom.* Vis interulam? *Bel.* Nō nam ex luce solis colligo diem fore callidam, sed cedo mihi toracem illum dimidijs manicis serici gausapini, & tunicam simplicem fustadicam, cum vinculis

Dilia fluuius est Iouanij.

Fex populi vitiatur.

Muscariū seta ceū scopula, vocatur, vulgo.

Vdones sunt calceoli lintei.

Interula est indusium subucula, proximū quod per hyeme gestatur.

Sericū gausapinū vulgò.

Fustadie pãnusla nis, qui iu Britã nia texi tur. Vincula uestiaria sunt astrigmẽ- ta. Fustanie pãnis ex gosipio, qui texi tur in Germa- nia Ca- pripiliã quæ vul gò vnda lata. Or- biculi, vncinu- li grobu li, ocelli; hæc om- nia sunt quibus ad pe- ctus, & mani- cas ve- stes astrĩ guntur.

lis, vestiarijs oblongis. *Mal.* Imò fustanicam. Quid isthuc rei dst? quo nam ire cogitas, vt tam ornes te præter mortum tuum præsertim cùm sit dies profestus? & poscis ligulas deuinctorias castrenses. *Bel.* Et tu cur induisti bombycinam leuem recentem ab officina, cum habeas capripiliam, & damascenam detritam? *Mal.* Dedi hæc resarcienda. *Bel.* Ego verò in hisce meis magis commoditatẽ specto vestitus, quã ornatum vncinuli isti, & orbiculi sunt luxati. tum improbè inconsideratè semper dissoluis. *Mal.* Ego potius vtor globulis & ocellis, quod est decentius, & minus in induendo, & exuendo molestum. *Bel.* Non est idem omninm iudicium in his, vt in reliquis omnibus Pectorale hoc tunicæ conditio in arcam, nec proferas tota estate, astrigmenta hæc strenuè sunt exarmata suis ferris, limbus hic est diffutus, & disceptus, cura resarciendum: sed vide, nec assuantur deformes commissuræ. *Gom.* Non poterit id perfici ante sequi horam. *Bel.* Affice ergo acicula, ne pendeat. dato periscelides. *Gom.* Adsunt: calceolos, cum crepidis longi obstraguli paraui tibi puluere bene axcussio. *Bel.* Calceos potius exterge situ, ac nitida. *Mal.* Quid est ligula in calceo? de qua inter Crammaticos fuit controuersia peracerba, vi solet de omnibus, dicendum ne esset ligula an ligula. *Bel.* Illa assuitur calcies Hispanicis in summa planta, hi non habent. *Mal.* Et in Hispania iam disuescunt apponere, calceatu Gallico. *Bel* Accommoda mihi tuum pectinẽ eburneum. *Mal.* Vbi est tuus ligneus & quidem Parisiensis? *Bel.* Non audisti me hieri obiurgantem Gomezulum? *Mal.* Oblurgare vocas tu ferire? *Bel.* Hoc illud erat, frigerat quinque aut sex radios pectinis ex densis, ex raris penè omnes. *Mal.* Legi nuper scriptorem quendam præcipere, vt eburneo pectine pectamus caput quadragies ducto à brechmate ad verticem, & inde ad occipitum. Quid agis hoc non est pectere, sed mulcere, cedo pectinem *Bel.* Neque isthuc est pectere, sed reddere, aut verrere, credo habere te

caput

caput testaceum. *Mal.* Et ego te butyraceum, adeo nõ audes attingere. *Bel.* Vin tu igitur, vt mutuo arietenus capita. *Mal.* Nolo tecum contendere insania, nec committam bonam mentem meam cum tua dementia. Ablue iam tandem manus & faciem: sed os potissimum, vt mundiùs loquaris. *Bel.* Vtinam adeo cito animum perpurgarem, vt manus dato, maluuium. *Mal.* Confrica paulo diligentiùs nodos istos manus, quibus hærent sordes densissimæ. *Bel.* Falleris. nam puto esse potius decoloratam pellem, & rugatam. Abijce has malluuias Gomezule in cloacam illam, & cede mihi reticulum, & pileum clauatum, affer iam ocreas. *Gom.* Itinerarias ne? *Bel.* Non sed vrbanas. *Gom.* Vis cucullionem, an pallam? *Bel.* sumus foras prodituri? *Mal* Quid ni. *Bel.* Adfer igitur lacernam. *Mal.* Prodeamus iam tandem, ne amittamus è manibus deabulandi tempus. *Bel.* Duc nos Christe per vias tibi gratas, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Amen. O quam formosa Aurora verè rosea, & (vt Poetæ vocant) aurea, quam gaudeo me surrexisse, exeamus vrbe. *Mal.* Exeamus: nam ego hac tota hebdomoda pedem porta non extuli: sed quo ibimus primum? inde qua? *Bel.* Ad arcem, an ad mœnia Cartusiana? *Mal.* An potius ad prata diui Iobi *Bel.* Minimè illuc de mane, ad serum potiùs. *Mal.* Ad Cartusianos ergo, per Franciscanos, & Bisthum, inde per portam Bruxellẽsem, & redibimus per Cartusianos ad rem diuinam. Ecce tibi Ioannium. Sis saluus Ioanni. *Io.* Et vos plurimum. Quid isthuc est insolitum? tam bene mane surrexistis? *Bel.* Ego verò artissimo somno eram consopitus, sed Maluenda hic clamando, & tundendo, auellit me è lectulo. *Io.* Respectè fecit. nam totum te reficiet, ac recreabit hæc deambulatio. Eamus ad pomærium. ô admirabilem, & adorandum artificem tantæ pulchritudinis. non immerito vocatur opus hoc Mũdus, & à græcis quasi ornatus, & elegans. *Mal.* Nè contentè deambulemus, sed lentè, ac molliter. Conficiamus quæso in hac

Pileum clauis, vel aureis eius modi affixis.

Cuculio pallium Hispanicũ Palla uestis est lõga, & lata. Lacerna pallium itinerarium.

hac meniali ambulatione duo, aut tria spatia, vt otiosius, & liberiùs tam decorã speciem cõtemplemur. *Io.* Attende nullus est sensus, qui non egregia aliqua voluptate perfundatur: oculi primum, quæ varietas colorum, qui vestitus terræ: & arborum, qui tapetes, quæ picturæ comparari huic possunt? hæc sunt naturalia, & vera illa altera ficta, & falsa. Non iniuria vates ille Hispanus, Maium appellauit pictorem mundi. Iam audis, qui concentus auium. & potissimum lusciniæ? ausculta eam è salice, à qua (vt Plinius inquit) perfectæ Musicæ scientiæ modulatus editur sonus. Animaduerte accurate, & adnotabis varietates omnium sonorum, nunc non interquiescit, sed continuo spiritu in longum æquabiliter sine mutatione: nunc inflectitur: iam minutius, & concisius canit: nunc intorquet, & quasi crispat vocem: nunc extendit, iam reuocat: alias longos concinit versus quasi heroicos: alias breues, & sapphicos: interdum breuissimos, vt adonicos; Quin etiam quasi Musicæ ludos, & scholas habent. Meditantur aliæ iuniores versusque quos imitentur accipiunt. Audit discipula intentione magna, vtinam nos præceptores nostros pari: & reddit vicibusque reitcent. Intelligitur emẽdatæ correctio, & in docente quædam reprehensio. Sed illas ducit natura recta, non voluntas praua. Adde his qui odor spirans vndique, siue ex pratis, siue ex segetibus, siue ex arboribus etiã ex ipsis agris cessãtib. & squalidis. Sapor, quicquid ori admoueas, vel ex ipso aere, qualis primi, & teerrimi mellis. *Mal.* Hoc puto esse. quod à nõnullis audiui, apes cõsueuisse mel suũ colligere mẽse Maio ex cęlesti rore. *Io.* Ea fuit multorũ opinio. Si aliquid vis dari tactui, quid mollius aut salubrius hac aura vbiq. spirãte? quæ salutari spiritu per venas & vniuersũ corpus sese insinuat. Venit mihi nunc in mentẽ versuũ aliquot Virgilij de Vere, quos vtiq. cantillabo, si me potestis ferre voce mea nõ olerina, sed ãserina, tametsi hãc malo si non alias cygnus canit dulce, nisi fato suo proximus. *Bel.* Ego quidem

Vates Hispan. Io. Mena.

Plin. 10 c. 29.

dem vt pro me respondeam, vehementer eos versus aueo audire qualicunque voce, modo etiam exponas eos nobis. *Mal.* Nec ego ab hoc dissentio. *Ioan.*

Non alios prima crescenti: origine mundi. Géorg.
Illuxisse dies, aliumue habuisse tenorem.
Crediderim: ver illud erat: ver magnus agebat.
Orbis, & hybernis parcebunt flatibus Euri.
Cum primum lucem pecudes hausere vtrumque.
Terrea progenies duris caput extulit aruis.
Immissaque feræ syluis, & sydera cœlo.
Nec res hunc teneræ possent perferre laborem.
Si non tanta quies iret frigusque caloremq.
Inter, & exciperet cœli indulgentia terras.

Bel Nō satis ītellexi. *Mal.* Ego vt reor multominus. *Io.* Ediscite nunc eos, alias intelligetis sunt enim desumpti ex intima Philosophia, vt alia vatis illius per multa. *Mal.* Quæramus ab Orbilio litteratore, quem habemus obuiū. *Io.* Imo est homo nō admodū obuius. salutemus modo, & sinamus abire hominē rabiosū, & plagosū, ingētis supercilij, imbutū magis literis, quā eruditū, tametsi persuasit sibi serio, se esse literatorum alpha, Cæterū diximus de corpore, quid porro animū & mentem, quātopere exhilarat & excitat huiusmodi aurora? nullū est tempus ad ediscendum æque idoneum. nullum ad percipiendum, continendumq. quæ audias, quæque legas, nec aliud ad meditādum, excogitandum, quocumq. applicaris animum, nō immeritò quidam dixit, Aurora gratissima Musis. *Bel.* sed ego iā extimulor appetentia, redeamus domū ientatū. *Mal.* Quid tandem? *Bel.* Panem, butyrum, cerasa, pruna, cereola: quæ tantopere videntur nostris Hispanis placuisse, vt illorum nomine pruna omnia nuncupent, vel si hæc non sint domi, decerpemus folia aliquot buglossæ, & saluiæ, quæ addamus butyro. *Mal.* Bibemus vinum? *Bel.* Minime verò sed ceruisiam, & quidem tenuissimam ex flaua ista Louaniensi: vel aquam puram, & liquidam haustam è fonte Latino, aut Græco. *Mal.* Quem tu fontem Lati-

Huius nominis fuit Horatij præceptor quē ipse epis I. l. 3. plagosū appellat. Imbutū intinctū perfusū.

Latinum vocas, quem Græcum? *Bel.* Illum qui iuxta portam est, Græçum solet nominare. Viues vlteriorem illum, Latinum causas ipse reddet tibi, cum illum conuenies.

DOMVS.

Iocundus, Leo, Vitruuius.

IOcun. Est tibi notitię cum insulario amplæ atque elegantis huius insulæ? *Leo.* In primis, & est asseclam patris mei admodum propinquus. *Ioc.* Rogemus eum, vt nobis eam omnem patefaciat, nam ferunt nihil fieri posse amænius, nec delectabilius. *Leo.* Adeamus, pulsemus fores tintinnabulo, nè irrumpamus inexpectati. At, at. *Vitru. Insularius.* Quis istic? *Leo.* Ego sum. *Vit.* O salue multum pusio dulcissimè vnde tu nunc? *Leo.* E ludo. *Vit.* Qua igitur gratia huc? *Leo.* Sodalis hic meus & ego vehementer cupimus hasce ædes visere. *Vit.* Nunquam spectasti? *Leo.* Non totas. *Vitr.* Ingredimini. Heus puer adfer mihi claues ostiorum domus. Primum hoc est vestibulum, pate sempes interdiu absque ianitore, quod nec intra domum est, nec tamen extra; noctu clauditur: Contemplamini portā magnificā, valuas è robore, munitas ære vtrūq. limen, & infernum & supernum ex marmore alabastrite. Olim Hercules solebat præfigi ostio domus, ille id est Christus verus Deus. Nam Hercules erat crudelis homo, & maleficus. hoc custode nihil mali ingredietur in ædes. *Ioc.* *Vit.* Quid dixit Gręcè? *Leo.* Quod cur tam multi ingrediuntur, mali? *Vit.* Etiam si mali ingrediantur, nihil tamen inferunt mali. *Leo.* Non vtimini cardinibus? *Vit.* Desijt esse mos apud quasdam nationes: sequitur ostium atrij, quod atriēsis seruus custodit, præcipuus in familia, vt mediastinus extremus. Tum atrium spatiosum ad deambulandum, multęque, ac variæ in eo picturæ. *Ioc.* Quę? nam quæso? *Vit.* Ille est cæli facies icnographica, illa terræ, & maris ortographica, illa orbis nuper Hispanis nauigationibus aperti sciographia, in tabella illa est Lucretia se interficiens. *Ioc.* Quid quæso dicit? nā

moriens

moriẽs,vt videtur loquitur. *Vit*.Multæ hoc mirantur, quia non cuique tantum dolet. *Ioc*.Intelligo quid dicat. *Leo*.Quid sibi vult tabella illatam variè delineata? *Vit*. Ea est graphis huius ædificij. reduc à tabula hac velum. *Io*. Quid hoc est rei vetulus sugens papillam fœminæ. *Vit*. Non legisti exemplũ hoc apud Valerium Maximum,titulo de pietate? *Ioc*. Legi quid dicit illa? *Vit*, Nondum tantum rependo, quantum accepi. *Ioc*. quid Ille? *Vit*. Iuuat genuisse. Ascendamus has scalas cloclides: singuli gradus lati, vt cernitis ex singulis sunt saxis marmoris Basaltis.Hęc prima contignatio habitatio est Domini, cænaculum superiùs hospitale est, non quod herus meus faciat cænaculariam, quod absit. sed paratum est hospitibus amicis ornatum semper instructum, & vacuum nisi cùm adsint hospites hoc est triclinium. *Ioc*.Bone Christe, quæ fenestræ speculares, quam scite depictæ pictura sciographica? qui colores, quam viuidi, quæ tabulæ, quæ signa, quæ coassatio? Quænam est historia vitrearum? *Vit*. Fabellam Gryselidis, quam aptè, & ingeniosè confinxit. *Ioc*. Boccacius Florentinus, sed herus meus decreuit addere rei fictæ rem veram, de Godelina Flandrensi, & Catherina Angliæ regina, quæ superat inuentum Griselidis.Signa sunt primũ illud Pauli Apostolici *Ioc*. Quod est lemma? *Vit*. O quantum tibi nos debemus, tu Christo, *Ioc*. Quid ipse loquitur? *Vit*. Gratia Dei sum quod sum: & gratia Dei in me vacua non fuit. Alterum, istud est Mutij Sceuolæ. *Ioc*. Ne is est mutus, etiam si Mutius. quid mutit? *Vit*. Non incendet, inquit, me hic ignis, quoniam alius maior ardet, intus Tertium. signum est Helenæ, titulus est: vtinam fuissem semper talis: minus nocuissem. *Ioc*. Quid signat cæcus ille seuiculus recal vaster, indice ad Helenam verso? *Vit*. Homerus est dicit Helenæ. Quæ male tu fecisti, ego bene cantaui. *Ioc*. En lacunar est deauratum admixtis margaritis. *Vit*. Margaritæ quidem sunt, sed pretij exigui. *Ioc*, Quo spectant fenestræ? *Vit*. Hæ in hortos.

Facere cœnacularia locata cœnacula, & inde quæstũ facere.

hortos, ille in impluuium. hæc est diæta, seu estiua cœnatio;en vobis cubiculum,& conclaue: Cubiculũ ornatum est tapetibus, pauimento contabulato, storijs tecto, & imagines aliquot diuæ Virginis Christi seruatoris. Illæ alteræ sunt Narcissi, Eurial, Adonidis, Polyxenæ, qui dicuntur fuisse formosissimi. *Ioc.* Quid scriptum est in limine superiore ostij? *Vit.* Recipe te in portum tranquillitatis affectum. *Ioc.* Quid in interiore poste forium? *Vit.* Ne induxeris in portu tẽpestatem. In conclaui illo clauso adseruantur fere prima vtensilia.. Hoc alterum membrum est hybernum, vides omnia obscuriora, & magis tecta, tum hypocaustum. *Ioc.* Amplius mea sententia, quam pro cænatione. *Vit.* Non animaduertis etiam cubiculum interius eodem vaporario excalefieri? *Ioc.* Dicunt cubicula esse calidiora, vbi nullum fit fumale. *Vit.* Non solent esse in æstuarijs. *Ioc.* Quæ est illa camera, tam eleganter fornicata? *Vit.* Lararium, seu sacellum, ibi agitur res diuina. *Ioc.* Turriculæ illæ, & pyramides, & pilæ; & indices ventorum, omnia qua venustate, quã admirabili arte. Descẽdamus. *Vit.* hæc est culina, hoc promptuarium, hæc cella vinaria, illa penuaria. in qua mirè infestamur rapacitate furum. *Ioc.* Qua tandem est huc furibus ingressus? omnia video probè clausa, & fenestras cum clatris ferreis. *Vit.* Per rimulas, & foramina. *Leo.* Mures ergo sunt, & Mustelæ, quæ nobis vniuersam penum diripiunt. *Vit.* Illud est posticum domus, clausum semper duabus seris, affixa, & pensili, nisi cum adest Dominus. *Leo.* Cur fenestræ hæ non habent cancellos? *Vit.* Quonam raro aperiuntur. spectant enim ad angustum angiportum, vt cernis, & obscurum raro quisquam hic assidet, aut profert caput; ideo & clatrare eas statuit herus meus. *Leo.* Quibus clatris? *Vit.* fortasse ligneis, nondum est certum; interea repagulum hoc sufficit. *Ioc.* Quam amplæ columnæ & porticus plena maiestatis. vide vt Athlantes illi:, & Cariatides speciẽ præferunt enitentium, vt fulciant ædificiũ ne ruat, cũ nihil agant.

Priũ vtẽ silia, quæ parata seruãtur, cũ vsus poscat.

Leo.

Leo. Tales sunt multi, qui magna videntur præstare cum otiosi,& segnes viuant: fuci, fruentes alienis laboribus. Sed quænam est domus illa inferior, huic adiuncta,tam male materiata,& ruinosa? Vit. Est vetus ædificium, quod quia ducebat rimas,& vitiū faciebat ingens,herus meus decreuit hanc alterā à fundamentis erigere, illa nunc nidulatio est auium, & habitatio murium: sed breuitèr eam demoliemur. Al. fa mosa.

SCHOLA.

Tyro Spudeus.

TYro. Quam elegans gymnasium,& magnificum? haud esse in Academia hac reor vllum præstātiùs. Spu. Rectissimè iudicas, adde etiam, quod magis ad rem facit,nec alibi etiam eruditiores magistros aut prudentiores, quique maiore dexteritate tradāt doctrinam. Ty. Oportet igitur magna hic fieri disciplinarum operæ pretia. Spu. Et quidem magnis compendijs discendi. Ty. Quanti docent. Spu. Amoue te hinc ocius cum interrogatione ista tam praua, tamque importuna in re tanti momenti inquirendum est de mercede? nec ipsi qui docent paciscuntur, nec discipulos conuenit id vel cogitare: ecquod pretium potest esse parnum quamne Aristoteli,cum illud fando audiuisti: Dijs parentibus,& magistris,parem gratiam non posse rependi? Deus creauit totum hominem, parens genuit corpus, magister format animum. Ty. Quid docent isti, & quandiu? Spu. Habent sua singuli auditoria separata, & sunt doctores varij. Alij prima elementa artis Grammaticæ laboriosè, atque erumnosè, pueris totos dies iugeminant: alij penitiora tradunt artis: alij Rhethoricē, Dialecticem, & reliquas disciplinas enarrant, quæ liberales, seu ingenuę dicuntur. Ty. Cur eo nomine? Spu. Quia illis decet vnumquenque ingenuū inbui, contra, quæ sunt illiberales, circumforaneæ sordidæ, vel labore corporū vel manibus exercētur,seruis potius congruūt,& hominibus,qui ingenio parū valēt. In istis sunt alij tyrones, alij batalarij. Ty. Quid istus verbi



verbi est? Spu. Et tyrones & batalarij ex militia sunt nomina desumpta, tyro vetus est verbum de eo qui in militia exerceri incipit, batalarius Gallico nomine dicitur is miles, qui, iam semel prælio (quod illi batallam vocant) interfuit collatis signis, & manum conseruit cum hoste; ita in palestra litteraria batalarius cœpit nuncupari Lutetiæ is, qui publicè de arte quapiam disputasset. Hinc designantur (doctores) quos à licentia. Licentiatos appellant, melius Designati dicerentur, postremò Docturam adipiscuntur imposito in celebritate Academiæ pileo, vt quasi donetur libertate, & fiat emeritus. Is est hic supremus honor, & summus dignitatis gradus. Ty. Qui est ille in tanto comitatu quem clauarij procedũt cum clauis argenteis. Spu. Is est Rector Academię: multi eũ affectantur officij gratia. Ty. Quoties in die docentur pueri? Spu. Aliquot horis. vna pene antelucana, duabus matutinis, & duabus promeridianis. Ty. Tãdiu? Spu. Ita fert mos, & vetus Academiæ institutum quin & discipuli duabus horis, quæ à magistris acceperunt, retractant, & recolunt, & quasi mansum cibum ruminãt. Ty. Tantis clamoribus? Spu. Nunc se exercent Ty. ad quidnam, Spu. Ad (discendum). Ty. Imò verò ad clamandum. videntur enim non disciplinam meditari, sed præconium. Et lite alter planè furit nam si haberet sanum crebrum, nec ita vociferaretur. nec gesticularetur, nec se torqueret. Spu. Hispani sunt, & Galli paulo feruentiores; & vt sũt diuersorum dogmatum, tantò ardentiùs concertant, quasi pro aris & focis vt dicitur Ty. Quid? doctores hic sequuntur diuersa scita? Spu. Interdum tradunt placitu contraria. Ty. Quos authores interpretantur? Spu. Non eosdem omnes, sed vt quisque est pueritia, & ingenio præditus. Eruditissimi, & acerrimo iudicio Scriptores sibi sumunt optimos quosq. & eos quosq. classicos vos Grãmatici appellatis. sunt qui ex ignorantia meliorum ad prò lætarios descendunt, atque etiam capite censos. Ingrediamur ostendam vobis publi-

publicam gymnasij huius bibliothecam. Hæc est bibliotheca, quæ ex magnorum virorum præcepto ad ortum æstium spectat. *Ty.* Papæ quantum librorum, quantum honorum auctorum, Greci, Latini, Oratores Poeticæ, Historici, Philosophi, Theologi, & imagines auctorum. *Spu.* Et quidem quantum effici potuit ad viuum expressæ, atque eo pretiosiores. foruli omnes & pluteі querni aut cupressini, cum suis catenulis? libri ipsi pleriquc omnes membranacei, & varijs coloribus miniati. *Ty.* Quis est primus ille rusticano ore naso repando? *Spu.* Lege titulos. *Ty.* Socrates est, & dicit: Cur in bibliotheca collocor. qui nihil scripsi? *Spu.* Respondent sequentes, Plato, & Xenophon; quia quod alij scriberent, dixisti. Longum esset persequi singulos *Ty.* Hem qui sunt illi abiecti in grandi illa strue? *Spu.* Catholicon, Alexander, Hugucio, Papias, sermonariæ dialecticæ, & Phisicæ sophisticæ; hi sunt, quos capite censos nominabam. *Ty.* Imo capite diminutos. *Spu.* Soluta sunt omnia, tollat qui volet, molesto nos liberabit onere. *Ty.* Vah, quod asinis esset opus ad istos asportandos: miror non esse ablatos, cum tanta sit vbiq. asinorum frequentia. Aliquando in eundem cumulum conijcientur Bartoli, & Baldi: & huius farinæ homines. *Ty.* Imò furfuris. *Spu.* Non id esset humanæ tranquillitati damnosum. *Ty.* Heus quid rei sunt illi in tam fluxis cucullonibus? *Spu.* Descendamus, Batalarij sũt, in palestram ingrediunrur altercatoriam. *Ty.* Quæso introduc nos illuc. *Spu.* Ingredere, sed tacita, ac reuerenter. Aperi caput, & specta attenus singula. nam magnis de rebus differitur, & quas plurimum conducat cognoscere. Ille, quem sedentem aspicis sublimẽ solum, & præses est certaminis, & contentionum decretor, qua sique agonotheta. Primum eius munus est loca concertantium designare, nè vlla sit confusio, aut perturbatio præire volentium. *Ty.* quid sibi vult pellitum epitogium? *Spu.* Ea est ephestris doctoralis, insigne ordinis; ac dignitatis illius. Homo est in pau-

cis eruditus, quique in lectione candidatorum Theologiæ primas tulit, & ad eum doctissimus, quisque primas adfert hoc ordine *Ty.* Et Bardum aiunt lectũ esse primum suo anno. *Spu.* Is verò vicit competitores omnes ambitu, & actu, non scientia. *Ty.* Quis est macilentus ille, & pallidus, quem reliqui impetunt? *Spu.* Is est propugnator qui impetum omniũ sustinet: & ex immodicis vigilij maciem ac pallorem contraxit magnos, is habet in re philosophica, & theologica progressus. Heu tace iam, & ausculta. nam qui nunc oppugnat acutissimè, ac subtilissimè, solet excogitare argumenta, & acerrimè vrget propugnatorem, omniumq. sententia cum summis in hac disciplina comparatur, & sæpe adigit concertatorem ad recantandum. Perpende quomodo ille conatus est eludere, quomodo alter confutauit valide, ratione inconfutabili, & quam ille diluere non poterit. iam & iaculum, hoc est ineuitabile argumentum hoc est plane Achilles inuincibilis, iugulum petit, non poterit propugnator se tueri statim dabit manus. nisi subterfugium aliquod mittat ei diuus aliquis in mẽtem. Hem profligata est quæstio solertia decretoris. Iam solue tuam linguam, loquere quantum voles nam iste, qui nunc impugnat, vappa est pugione pugnet plumbeo, & altiùs tamen clamat quam cæteri obserua videbis eum à pugna raucum discedere, hoc est ei perpetuum, & quantumcumque repulsa sint eius tela, vrget nihilo secius pertinaciter quidem, sed inefficaciter; nec vnquam vult habere argumentum suum pro derelicto, nec acquiescere vel defendentis responsione, vel decreto præsidis. Is qui nunc certamen ingreditur delicatule petit veniam à decretore, comiter præfatur, argumentatur inualide, discedit, semper fessus, etiam anhelans, tanquam arduo munere fortiter perfunctus, discedamus.

CVBI-

CVBICVLVM, ET LVCVBRATIO.

Plinius, Epictetus, Celsus, Didimus.

PLi. Hora est à meridie quinta. heus Epictete claude mihi fenestras istas, & infer huc lumina ad lucubrandum. *Epist.* Quę lumina? *Plin.* Interea dum hi adsunt, candelas sebaceas, aut cereas; vbi recesserint, tolletis ea. & statuetis hic mihi lychnuchum. *Cel.* Quorsum id? *Plin.* Ad lucubrandum. *Cel.* Quin studes potius de mane? tum enim videtur; & temporis ratio? & qualitas corporis inuitare. cum est nimia vaporum in cerebro, peracta concoctione illa euaporatoria, *Plin.* Etiam hæc hora tranquillissima est, cùm quiescunt, & silent omnia, atque ijs qui prandent, & cœnant non incommoda. Nam sunt qui cęnant tantum more prisco, alij prandet solum ex placitis recentum medicorum, alij & prandent & cœnãt more Gothico. *Cel* An non ante Gothos erant prandia. *Plin.* Erant, sed leuia, Gothi morem inuexerũt bis in die saturum fieri. *Cel.* Qua de causa Plato mensas syracusanas damnat in quibus quotidi exaturentur bis? *Plin.* Ex eo colligas. fuisse rarissimas. *Cel.* Sed missa isthæc faciamus. Cur lucubras ad lychnum potius, quàm ad candelam? *Plin.* Propter flammam æquabilem, quæ minus lædit oculos. Illa enim crispatio myxi officit oculis, & seui odor inamœnus est. *Cel.* Vtere cereis, quorum odor non est ingratus. *Plin.* Mixus est in his magis tremulus, nec vapor salubris: & in sebaceis elychnium est lineum plerumque non xylineum: vt propolæ isti ex rebus omnibus quærunt compendium cum fraude. Infunde oleum in lucernam hanc profer acu mixum, & extunga. *Epict.* Quam hæret fungus acui: signum dicũt esse pluuiæ, quemadmodum est apud Virgilium. 1. Geor. I

Scintillare oleum, & putres concrescere fungos.

Plin. Adfer. etiam furcinulam, & emunge candelam hanc; ne proijcias fungum in pauimentum, ne fumiget; sed opprime intra furcinulam, quando est confecta, profer mihi pallam lubratoriam, prælongam

illam pellitam. *Cel.* Ego te tuis libris commendabo, Mineruam tibi opto propitiam. *Plin.* Paulum malim, vel quod dicere debui. Christum Iesum Dei sapientiam. *Cel.* Fortasse Christus Mineruæ fabula adumbratur, & quæ ex Iouis cerebro sit nata. *Plin.* Statue mensam super tibicines in cubiculo. *Epict.* Maius mensam quam pluteum? *Plin.* Etiam, hoc quidem tempore, sed pone supra mensam puteolum. *Epict.* Stabilem an volubilem? *Plin.* Quem malis. Vbi est Dydymus meus ab studijs? *Epict.* Eo illum accersitum. *Plin.* Ethuc adducito puerum exceptorem: nam lubet aliquid dictare. Da mihi illos calamos, & pennas duas, aut tres cannæ amplæ, & thecam puluerariam. Profer mihi ex armatio Ciceronem, & Demosthenem tum ex pluteo codicem exceptorium, & regesta maiuscula audiu'? Et mea schedia, in quibus libet nonnulla expolire. *Did.* Non arbitror esse schedas tuas in pluteo, sed in scrinio conclauis. *Plin.* Id vero ipse scrutator. Adfer mihi Nazianzenum. *Di.* Non nosco. *Plin.* Liber est minime spissus consutus, & tectus membrana ruditer. Adfer quoque codicem quintum à primo. *Did.* Quod est lemma illius? *Plin.* Xenophontis in comentarij, liber est expolitus, tectus corio cum vinculis, & vmbilicis cuperis. *Did.* Nō inuenio. *Plin.* Nunc memini in quarto loculamento eum reposui, illinc pro me. In ieo luculamento non sunt, nisi libri soluti, & rudes? quales recens adferuntur ab officina. *Did.* Ecquod corpus Ciceronis poscis? nam sunt quatuor *Plin.* Secundum. *Epict.* Nōdum est relatum à librario glutinatore, cui dedimus nudius vt puto quintus. *Did.* Quam placet tibi hæc penna. *Plin.* Non sum in eo valde solicitus quæcunque in manus venit, ea sic vtor tanquam bona. *Did.* Hoc habes Ciceronis? *Pli.* Conquiescite. recludemihi Ciceronem. aperi, euolue adhuc tria, aut quatuor folia ad quartum Tusculanorum quæstionum quære ibi de mansuetudine, & lætitia. *Epict.* Cuius hi sunt hi versus? *Did.* Eius ipsius, quos de Sophocle

Regesta, registro vt Budaus. Cypreis, vel cupreis vt quidam putãt genus aris vel è Cypro insula. lib. 2. ad Q. Fr. sed hac facio sẽpèr, vt quicũq. calãus in manus meas venerit, eo vtar tanquam bono.

vertit,

vertit, quod facit sanè lubens, ac proinde sæpè. *Epict.* Erat credo ad carmen componendum. satis aptus. *Did.* Aptissimus, & facillimus; nec vt illo sæculo, infelix contra quam existimant plurimi. *Epict.* Sed tu quomodo intermisisti studiū Poetices? *Plin.* Aliquādo reperemus succisiuis horis, vt spero nam habet multum leuamenti ab studijs grauioribus. Defessus sum iam studendo, meditando, scribendo sterne mihi lectum. *Epict.* In quo cubiculo? *Plin.* In lato illo, & quadrato: & tolle ex angulo anaclinterium, transfer in cœnationem, pone, super culcitram pulmeam alteram tormenti lanei, vide, vt fulcra lecti sint satis firma. *Epict.* Quid refert tua, qui non cumbas in alterutra spondarum, sed in medio; sed salubrius foret. si lèctus esset durior, & qui corporei resisteret. *Plin.* Tolle ceruical, & pro eo repone puluinos duos, & in hoc æstu malo plagam illam, quas arcta isthæc lintea. *Epict.* Sine lodice. *Plin.* Etiā *Epict.* Algebis nam surgis ab studijs extenuato corpore. *Plin.* Inijce ergo per istroma aliquod leue. *Epict.* Istud nullum alium stragulum? *Plin.* Nullum, si sentiā frigus in lecto, poscam plus vestrum, aufer illa peripetasmata. nam ad culices excludendos malo conopeum. *Epict.* Culices paucos hic sensi, pulices, & pediculos satis multos. *Plin.* Ego verò miror te aliquid sentire, qui sic dormias, & stertas. *Epict.* Nemo dormit melius, quàm qui non sentit, quàm malè dormit. *Plin.* Nihil horum animaliculorum, quibus per æstatem in cubiculis infestamur, tam mouet nauseā. quam cimices odore illo teterrimo. *Epict.* Satis bonus prouentus est eorom Lutetiæ, ac Louanij. *Plin.* Est genus ligni, quod illos creat Lutetiæ & argilla Louanij. Colloca hic mihi horologium excitatoriū, & obicem infigito ad horam quartam matutinam, neque enim volo diutius dormire. Excalcia me, pone hic sellam plicatilem in qua sedeam, matulla in scabello sit mihi iuxta lectulum parata: nescio quid hic olet malè. suffias paulum curis, aut iuniperi: Ca-

ne hic mihi lyra aliquid, lectum ingredienti more Pytagorico, vt citiùs obdormiam somnia sint placidiora. *Epict.*

Ouid. 11 Metam.

Somne quies rerum, placidissime somne deo.
Pax animi, quem cura fugit, qui pectora longis
Fessa ministerijs fulcis, reparasque labori.

CVLINA.

Lucillus, Apicius, Pistillarius, Abligurinus.

Lvcil. Es tu popino? *Api.* Sum. *Luc.* Vbinam agis? *Api.* In poprina galli gallinacei num ege me? *Luc.* etiam ad nuptias. *Api.* Sine me domum transcurrere vt præcipiam vxori quemadmodum sint tractādi ganeones, qui scio non solere in hac ciuitate deesse. tum etiam aduentores *Luc.* Audin'tu? reperies me in vico Lapideo in ædibus sutorum. *Api.* continuo adero. *Luc.* Bene est ingredere culinam. *Api.* Heus Pistillarie, & tu Abligurine, ignem in lare extruite sub funali grandibus lignis & quantum fieri poterit acapnis. *Pist.* Putas te esse Romæ? hic tabernas coactilitias non habemus, è quibus ligna coctilia promuntur; habebis benè arida *Api.* Ni ita sit, tu Abligurine suffitor perdes oculos sufflando. *Alb.* Imo bibam largius, væ vino. *Api.* Væ aquæ, nam vinum hodie non attinges, si sum sanus, nolo mihi euertas ollas, & auxillas confringas, & cibos corrumpas. *Abl.* Non vult ardere hic ignis. *Api.* Inijce fasciculum aliquem sulfuratorum, & fomitum fristula aliquot cum his assulis *Abl.* Extinctus est prorsum. *Api.* Transcurrere ad ædes proximas cum batylo, & adfer nobis torrem aliquē prægrandū, & prunas bene incēsas. *Abl.* Metallarius est illic dominus, nec sinet carbonē vnū sub fornacibus sibi detrahi, citius oculū *Api.* Non est metallarius, sed metallicida: ito ergo ad furnū. Quid adfers, titionem magis, quàm torrē? *Abl.* Non habebant prunas carbonis ¿ *Api* Quid malum carbonis cespitum hic dixeris. Tu furcilla hac moue ligna, & agite fomitem, vt ignem concipiat, sume pyrolabem asine. *Abl.* Quid rei est isthuc verbum? *Api.* Forfex igniaria

Metallarius, qui vulgo Alchimista.

pruni-

pruniceps. *Abl.* Quid mihi cum verbis Græcanicis? quasi desint Latina. *Api.* Etiamne asini sunt Grammatici? *Abl.* Quid mirum, cùm & Grammatici sint asini. *Api.* fac finem altercandi, volo carbones aliquot, aut cespites accendas mihi in hoc foco, ad testuacia lente incoquenda suspende aheneum ad ignẽ ne desit aqua calida: tum in cacabum inijce armum illum veruecinæ, cum bubula salita: cucumam igni admone cum vitulina, & agnina in chytropode elixabimus orizam. *Abl.* Quid pulli? *Api.* Coquentur in auxilla ærea, quæ stanno est illitâ quo sapor sit gratior: sed non tam maturè verba proferes sub nonam. & pinguaria lucium hunc sines in aqua lusitare paulisper, tum exenterabis *Abl.* Carnes, & pisces in eadem mensa? *Api.* Maximè more Germanico. *Abl.* Atqui hoc non placet, medicis. *Api.* Medicinæ non placet, medicis placet. Ego stipitem hunc Grammaticũ tantum esse existimabam, medicus etiam est. *Abl.* Numquamne de quęstione illa audiuisti; vtrum sint in ciuitate plures medici an stulti? *Api.* Quis te detrusit in culinam, cùm sis tam saperda? *Abl.* Aduersa mea sors. *Api.* Imo quod manifestum est segnities tua, & socordia, & gula, & lurcacitas, & ingluuies, & animus deneget ac abiectus: ideo ambulas nudis pedibus semicinctus veste obsoleta, & natibus breuiore. *Abl.* Quid tibi cum mea paupertate? *Api?* Nihil omnino; nec velim esse. Sed ad rem, ve præter rem piura quam oportet satis ne sunt hæc iussa, superq. infixa, & inculcata? scilicet vobis vmquam satis. Da mihi meam braccam, nam foras ludet prodire, continuò adero, cedo tudicuiam insigne artis nostræ: hoc est meum fulmen, & tridens. *Pist.* Heus Abligurine, statue hydrias illas in vrnario, & hanc bubulam abluito diligenter, & confricato in labro *Abli.* Etiamne tu hic quoque imperas? vnus Imperator vni s castris sufficit nó sufficit culinæ vni? facito ipse tu es acrior exactor opere, quã ipse magister culinę. non vocabo te posthac pustillariũ, sed stimulũ acutum. *Pist.* Imo

Pinguaria, in qua decidit pigue ante assãtur,

Onocentrũ asini stimulũ. voca me Onocentrum. Frange tu ergo vitulinã hanc in epixenio. Comminue paululum huius casei, & spargamus super hanc offam. *Abli.* Quomodo manu? *Pist.* Non, sed tyrocnesti, instilla huc guttas aliquot olei ex lecyto. *Abli.* Dicis ne ex hoc capsace? *Pist.* Statua hic mortarium. *Abli.* Quod istorum? *Pist.* Illud æneum cum pistillo eiusdem metalli. *Abli.* Qua gratia? *Pist.* Ad terendum petroselinum hoc. *Abli.* Satius est in pila id fieri marmorea, pistillo ligneo. *Pist.* Quæso cantilla, sic vt consueuisti. *Abli.* Ego nolo Cęsar esse.

Florus poeta Adriano Cæsari, vt Scartianus in eius vita.

Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.
Vt sapiant fatua Fabiorum prandia beta.
O quam sapè potet vina, piperque coquus,

Mar. 13. ac Fabiorũ dicit, vt ineptum hominẽ significet. *Pist.* Fabiorum, an fabrorum?. *Abli.* Quare à ludi magistro loripede, & pro fabris & fabijs referes egregium colaphum in gena, vel in bucca. *Pist.* Sic est homo? *Abl.* Vir strenuus, & fortis, & manu promptus, celeritate manuum compensat linguæ tarditatem. *Pist.* Cedo vrnulam ceruisiariam exiccatum habeo palatum, guttur, fauces. *Abli.*

Et granis attrita pandebat cantharus ansa.
Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes;
Filia Picana venio Lucanica porca,
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Virgil. Aeg. 3. Mar. 13 *Api.* Vnde tu dicisti adeo. *Abl.* Inseruiui nuper in Calabria ludi magistro cuidam poetastro, qui sepenumero cœnam aliam non dabat mihi, quam cantillationem centum versuum, quibus mirificum aiebat saporem inesse. Ego vero paululum panis, & casei maluissem, aquæ erat satis domi, & licebat nobis de puteo bibere ex animi sententia. inde ego cum esuriens concessissem cubitũ, pro epulis versus illos ruminabam &, conteoquebam; nec mihi aliud visum est remedium ad bulimiam illam depellendam, quam culinariam arripere. *Api.* Quæ illi præbebas ministeria?

ria? Abli. Quæ Cæsar Reip. ego eram illi omnia, eram illi à consilijs, etsi mihi vnquam ageret consilio. à secretis, cum nihil haberet, ne latrinam quidem. ego fundebam ei aquam lauandis manibus, quas nunquã abluebat: ego seruabam eius thesaurum. Api. Quem thesaurum? Abli. Schedas aliquot pessimarum cantilenarum, quas tineæ exedebant: & opici mures arrodebant. Api. Imò docti mures, qui mælis poematis dentem infigebat.

TRICLINIVM.

Aristippus, Lurco.

ARist. Quid tu tam sero surgis, & quidem semisomnis? Lur. Mirum est me esse toto hoc die experrectum, adeo heri edimus & bibimus. Arist. Imò vt apparet deuorasti, ingurgitasti, obruisti te epulis, & vino. sed vbi nam onerasti celocem? Lur. Apud Scopam in conuiuio. Arist. Quin potius more Græco, vocaris, quam Latino verbo conuiuium? Lur. Bucca buccam impellebat intrituræ, & condimenta vellicabant, atque instigabant desidentem stomachum, & appetentiam non patiebantur delassari. Arist. Refer quæso ordine omnia. vt vel auditione ipsa videat mihi interesse, & quasi vobiscum potare, vt ille qui in caupona Hispaniæ duos grandes panes comedit ad nidorem perdicis assæ, quo nidore vtebatur obsonio. Lur. Quis enarrabit omnia? maius negotium id fuerit, quam vel emisse, vel apparasse, vel quod omnia superat, comedisse. Arist. Assideamus in hoc saliceto, ad crepididẽ huius ripulę, & quãdo sumus otiosi. ero collocutione alijs de rebus vtemur hac ipsa gramen erit nobis vice puluinorũ imittere hac vlmo. Lur. In herba? an nõ humor nocebit? Ari. Quid insanis? humor in ortu caniculę? Lur. Antea recusabam nunc animus prurit mihi recẽsere tibi plus quã postulas, decõuiuio solũ quęrebas, accipies etiã de domino, & de triclinio rogabas vt loquerer, Efficiã vt mox paulo silentiũ roges, indicas, imperes: vt Arabius tibicem qui ad canẽdum oboleo conducitur ad tacendum tribus. Arist.

Opicissor didi. Celocē permeta phoram vētrē intelligit. est aut celox genus, nauis onerariæ breuis, & velocis. Arab. tibi erat in prouerbio. Græcorũ de ijs qui nimia loquacitate, aut rei nullũ finem faciẽtes, molesti sunt citat versũ Apostolino in Adagijs

Tu verò quantum libuerit non eris molestus, quandoquidem in opaco loco consedimus, & orationem tuam carduelis illa vel adiuuabit, vel ad harmoniā moderabitur: vt orationem C. Gracchi seruus fistulatur *Lur*. Quid isthuc rei? *Arist*. Postquam tu feceris narandi finem, audies de Gracchis, & gracculis, & de Græculis. *Lur*. Deambulamus forte transuerso foro, ego & Trasibulus, nacti plusculum otij, quam solemus adiunxit se nobis Scopas. Is à nobis post primas salutationes, & blandum congressum cœpit vehementer contendere, vt posterò die, qui hesternus fuit, apud se essemus. excusare nos primum; alius alia; ego autem vadimonium graue, & apud prætorem valde irritabilem. Sed ille vt libenter ostentat suam magnificentiam quasi de capite ageretur, orsus est accuratum sermonem quid multa? addiximus, ne molestus esse pergeret. *Arist*. Scin quæ nam fuerit causa conuiuij? *Lur*. Quæ tandem quæso? *Arist*. Est quidem ipse homo locuples, ornatus argento, veste, supellectile, sed emerat phialas argenteas tres deauratas, & pateras sex. perijsset pretium, ni aliquos inuitasset; quibus ostentaret: & alioqui eum ille existimat esse diuitiarum fructum. habetque vxorem à qua extimulatur ad profusionem, quam illa magnificentiam nuncupat. *Lur*. Heri ergo sub meridiem conuenimus in eius triclinium. *Arist*. Qualis erat cœnatio? *Lur*. Hypetra. in opaco frigore? omnia sanè parata, ornata, exculta: nihil deerat ad elegantiam, splendorem & lautitias. Planè primo ingressu exhilarati sūt omnium oculi, & animi aspectu illo pulcherrimo, atque amœnissimo. Erat Abacus ingens plenus bonis vasis materiæ omnis ex auro, argento, cristallo, vitro, ebore, myrrha: alia etiam vtilioris materiæ, stannea, cornea, ossea, lignea, testacea, seu figulina, in quibus ars commendabat vtilitatem substantiæ; nam erat torcumata permulta, omnia expolita extersa, fulgor penè perstringebat oculos. Illic vidisses duo magna malluuia argentea. oris deauratis,

Gracchi seruus, Cic. 3. de Orat.

ratis, vmbilicus erat aureus cum insignibus illius. Habebat vtrumque malluuium suum guturnium, quorum epistomium erat deauratum; stabat, & alterum aquiminarium vitreum, fistula, deaurata cum pollubro figulino, operis Malacensis probè sandracato. Phialæ omnis generis, & argenteæ duæ ad vinum generosissimum. *Arist.* Ad vsum meum ampullas vitreas malim, aut etiam testaceas ex iis quæ lapideæ dicuntur. *Lur.* Quid facias? ita est hominum ingenium: non tam in his quæritur commoditas, quam opinio diuitiarum. *Arist.* Isti opulentissimi sæpius videntur alij tales, sibi inopes ideo nullus finis proferendi, & ingerendi oculis. præsertim qui nullam habent aliam bonam artem, qua fidant, sed perge. *Lur.* Erat cymatium abaci tapete villoso tectum, ex Turcia vsque allato positæ erant duæ mensulæ procul ab abaco, cum quadris, & orbibus argenteis. vbicuique additum erat suum salinulum, cultellus, panis, & mantile. Sub abaco refrigeratorium, & œnophora grandia. Tum sediliavaria, sellæ, bisellia. subsellia, & domine sella plicatilis parata, visendi operis, cum puluino serico, & suppedaneo. *Arist.* Pone tandem mensam, & explica mappam. nam mihi intestina præ fame rugiunt. *Lur.* Erat mensa cibilia ingens, segmentata operis tesselati antiqui. quæ fuerat principis Dicæarchi. *Arist.* O mensa antiqua, quam dispari domino. *Lur.* Illam ipse emit in actione satis magno solum quod illius fuisset, vt aliquid haberet principis. *Lur.* Datur aqua lauandis manibus primū magnis recusationibus, & inuitationibus mutuis, & cedendo inuicem. *Arist.* Idem factum est in consensu, cum quisque se inferiorem altero faceret illum extollere comitate arrogantissima, cum vnus quilibet potiorem se reliquis omnibus censeret. *Lur.* Sed Dominus iure suo distribuit loca sacrata est mensa à puerulo breuiter, & perfunctoriè, & non sine rhytmo.

Vitas est in Hispania Malacai.

O mēsa antiqua imitatio eius, quod à Cic. in 1 Offic. adducitur. O domū antiqua heu quā dispari dominaris domino.

Quod

Rythmo ut nos dicimus rima, q in fine horũ uer su: est. Primi missus, utinos dicimus primo seruito. Siliginẽ tritici de licias, ait Plin. 18. c. 5. inde sili- genus pa nis uti- dẽ l. 18. c. 9. pro delicato accipi- tur. Ille illud Se- necæ sili gineum fames reddet.

Quod appositum est, & apponetur,
Christus benedicere dignetur,

Explicat quisque suum chiromactrum, & inicijt super humerum sinistrum: hinc coltellulo repurgat panem, si quid non satis putabat à ministro purgatum, nam decrustatus erat appositus. *Arist.* Sedebatis commodè? *Lur.* Nunquam commodius. *Arist.* Nõ potuisti male prandere. nam reliqua sat scio suppeditatum iri redundanter, si qua modo fuerat in macello. *Lur.* Nusquã vberius, copiaq. ipsa nocet. Astat mẽse structor, cultellos, & furcinula cõponens. Ingreditur magna pompa architriclinius cum longo agmine puerorum & exoletorum, qui gestabant fercula prima missus.

CONVIVIVM.

Scopas, Simonides, Crito, Democritus, Polemon.

SCo. Vbi nobis Simonides? *Cri.* Illico dixerat se venturũ simul ac conuenisset debitorẽ apud forum. *Sco.* Rectè habet, à debitore facilius se extricabit, quam à creditore. *Cri.* Quid istuc? *Sco.* Sicut in victoria belli cõditiones fert victor non victus. Nam à debitore, cùm ipse idem volet à creditore, cum alter. Sed conuenistis ne omnes, Vt erat condictum, relicta domi seueritate, afferentes vobiscum hilaritatem, lepores, venustates, gratias? *Cri.* Planè ita spero, & erimus sicut monet M. Varro, belli homines. *Sco.* Reliqua meæ curæ sunto. *Cri.* Ecce tibi, Simonides. *Sco.* Feliciter. *Sim.* Et vobis faustè. *Sco.* Expectantissimè. *Sim.* Planè rusticane, nam ad prandendum eram inuitatus non ad expectandum. Sed quæso fui vobis diù in mora? *Sco.* Non valdè. Cur non accũbebatis sine me? essetis saltẽ præmiati de fructibus, quibus ego non admodum capior. *Sco.* Bona verba, te absente assedissemus? *Cri.* Satis comitatum exordiamur iam opus. Optimum panem, & leuissimum, non plus habet põderis, quàm si esset spongiã: siligineus est setanius. industrium habetis pollinctorem. *Sco.* Roscius est pristini curator. *Sim.* Numquãne in id conijcitur? *Sco.* Absit tam frugi seruus. *Dem.* Adfer mihi auto-

pyrum

pyrum. *Sim.* Mihi verò secundarium, aut typhacium. *Sco.* Cur talem. *Sim.* Quoniam audiui, & ita sum expertus, minus me esse, cum panis non est sciti saporis *Sco.* Heus puer adferto ei panem cibarium, & vulgarem etiam ex atro. si ita mauult. ita demum iucũdissimè conuiuabimur, si quisque quod maximè collubitum erit sumpserit. *Pol.* Panis hic, quem tu tantopere probas spongiosius, aquaticus est, malo densiore. *Cri.* Mihi verò non displicet spongiosus, modò nè sit speusicius, hic verò etiam ectas attollit. quod focacei solent facere: cum sit, vt satis apparet, fornaceus. *Pol.* Cibarius hic panis, & acetosus est. & acerosus typhaceũ dicas. *Sco.* Si consueuerũt nostræ agricolæ triticum omne, quod huc important, acerare prius in villa & miscere multis generibus seminum. Sapor autem ex fermento est nimio. *Pol.* Nullum hominum genus est hoc fraudolentius: non malefaciũt, nisi cũ nesciunt *Cri.* Panis hic nõ est satis fermẽtatus. *De.* Puta te hodie, Iudæum qui azymo vescebantur iussu Dei. *Cri.* id quidem, quod homines essent pessimi: vt interdicta est illis suilla, qua nihil palato gratius: nec, si moderatè sumas, salubrius. Et quidem azyma iussi sunt comedere cum lactucis agrestibus. quæ sunt per quam amare. *Pol.* Illa omnia sensus habent altiores, omittamus hæc. *Sco.* Et quidem disputationem de pane. Si de obsonijs fuerit tanta controuersia, magna erit in toto conuiuio discordia. *Cri.* Accidet nimirum, quod Horatius inquit.

Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur.
Poscentes vario multum diuersa palato.

Sco. Appone lanceas illas, & typana cũ cerasis & prunis, & malis granatis, & persicis pomis, & persicis præcocibus. *Pol.* Cur M. Varro dixit conuiuas non debere excedere numerũ Musarum, cũ de eo numero non constet; alij enim ponunt tres, alij sex, alij nouẽ. *Cri.* Dixit tanquã si constaret esse nouæm, & ita erat vulgo receptum. Vnde Diogenis iocus in ludi magistrũ, qui paucos haberet discipulos, depisteas autem

Cũ musis, si cũ ijs enumeretur Musæ picta in ludo. Laer. in vita Diog. l. 6 c. Ge.

Musas in ludo ; Præceptor, inquit, multos habet discipulos. De. Sed est ne verum, Persas pomum hoc, quod apud ipsos esset lætale inuexisse in Græciam, ad pestem eorum, quibuscum bellum gerebant? Cri. Si accepi. De. Admirabilis est in ingenijs terrarum varietas. Cri. India mittit ebur, inquit Virgilius, molles sua tura Sabæi, hem cydoni persica. Sim. Nouum insitionis inuentum priscis incognitum. cedo nobis pateram illam cum ficis duricorijs, qui sunt (vt nostris) prodromi. Sco. Satis est fructum, expleamus nos rebus alijs salubrioribus corpori. Cri. Quid his salubrius? Sco. Nihil, si salubre, & sapidum idem sunt, sicut in meridiano somno. Cri. Ego condono illis nocumentum, propter oblectamentum. Sco. Non meministi versiculum Catonis.

Somno merid. Nã vt Plau. in Must. nõ bõus est somnus homini de prandio.

Pauca voluptati debentur, plura saluti.

Dato singulis singulas gabatas cum iure carnium, vt sorbeant, id verò & calefaciet intestina, & blandè abluet ad molliendum ventrem. Si. Profectò puer amo te de suilla hac salita, o pernam sapidissimam, maialis est. Brassicas illas cum larido. si mihi vis auscultare, redde coquo, per hoc quidem temporis, aut serua in brumam, Lucanicæ huius scinde mihi bucceeam vnam, aut alteram, quo suauius ebibam primum cyathum. Cri. Pareamus medicorum consilio, admonentium, vt porcinæ addatur merum, funde vinum. Sco. Sequitur actus fabulæ fortassis hoc anni tempore precipuus spectate huius actus apparatum. Primum omnium à caliculis coctos abaci, scyphos exposuit vireos crystallini vitri cum vino albo purissimo, aquam putes solo aspectu sammartinium est, & partim Rhenense, non infectum, vt solent in Belgia: sed quale in media Germania bibitur. Onophorus releuit hodie serias duas, alteram vini Heluelli seu fleui ex agro Parisiensi, alteram sanguinei Burdegalensis. habetis in apyroto alia parata, fuscum, Aquitanicum, & nigrum e Sagunto: petat quisque ex sententia palati sui, Cri. Quid potest nunciari lætius?

Sãmartiniũ ex illo Hispaniæ oppido.

vt

vt nihil est durius, quàm perire siti. Ego verò mallẽ optimam nobis aquam prospexisses, hunc nuntium aud iuissem libentius, quàm de vino. *Sco.* Nec ea deerit. *Sim.* Nuper cùm essem in vrbe Roma, bibi apud Cardinalem quendam vina generosissima omnifariam saporis. nam eram præfecto cellæ vinariæ per quam familiaris vinum dulce, acutum, lene, suaue. austerum, *Dem.* Mihi vehementer placet diglauces. *Pol.* Sic fere Belgicis fœminis. *Sim.* In plagis quibusdam Galliæ flores apponuntur secundarium autem vinum, & tertiarium habent in delicijs. Sed ea villa sunt magis, quam vina, & alioquin vinum Gallicum toto genere aquam, nec ætatem fert. itaque paulo post, quam est diffusum, bibitur, quippe post annum inclinant illico, & fit dubium, tum fugiens, & acuit; quod si manserit diutius emulcet, & in vappam vertitur Hispanum vinum & Italicum bene fert & aquam, & ætatem. *Dem.* Quid rei est viuum fugiens? viteutur probè dolia, & obseruetur cella, imo & domus claudatur, si sit opus. *Pol.* Vt poma fugienia quæ ætati cedunt: nec seruantur, & disce dere vulgo dicimus. cuius contrarium est vinum consistens. *Dem.* Funde mihi prius aquam ad dimidium calicem super hanc infundes vinum more veteri. *Cri.* Imo & hodierno multarum gentium Galli, & Germani contrafaciunt. *Dem.* Quæ nationes volunt bibere aquam vinatam, aquæ addunt vinum: quæ vinum aquatum, vino superinfundunt aquam. *Cri.* Quæ verò vino aquam non defundunt, quid bibunt? *Dem.* vinum purum bibunt. *Cri.* Etiam, nisi prius sit à vinario irrigatum. *Pol.* Baptizare id vocant, vt vinum sit Christianum. ea erat mea tempore elegantia philosophica. *Dem.* Illi baptizant vinum, & se ipsos exbaptizant. *Pol.* Peius agunt, qui iniiciunt calcem, sulphur, mel, alumen, & alia dictu tetriora, quibus nihil est corporibus perniciosius, in quos publice deberet animaduerti vt in latrones, aut sicarios. inde sunt enim incredibilia morborũ genera, & potissimum

ne hic mihi lyra aliquid, lectum ingredienti more Pytagorico, vt citiùs obdormiam somnia sint placidiora. Epict.

Ouid. 11 Metam.

Somne quies rerum, placidissime somno deo.
Pax animi, quem cura fugit, qui pectora longis
Fessa ministeriys fulcis, reparasque labori.

C V L I N A.

Lucillus, Apicius, Pistillarius, Abligurinus.

LVcil. Es tu popino? Api. Sum. Luc. Vbinam agis? Api. In poprina galli gallinacei num ege me? Luc. etiam ad nuptias. Api. Sine me domum transcurrere vt præcipiam vxori quemadmodum sint tractādi ganeones, qui scio non solere in hac ciuitate deesse. tum etiam aduentores Luc. Audin'tu? reperies me in vico Lapideo in ædibus sutorum. Api. continuo adero. Luc. Bene est ingredere culinam. Api. Heus Pistillarie, & tu Abligurine, ignem in lare extruite sub funali grandibus lignis & quantum fieri poterit acapnis. Pist. Putas te esse Romæ? hic tabernas coactilitias non habemus, è quibus ligna coctilia promuntur, habebis bene arida Api. Ni ita sit, tu Abligurine suffitor perdes oculos sufflando. Alb. Imo bibam largius, væ vino. Api. Væ aquæ, nam vinum hodie non attinges, si sum sanus, nolo mihi euertas ollas, & auxillas confringas, & cibos corrumpas. Abl. Non vult ardere hic ignis. Api. Inijce fasciculum aliquem sulfuratorum, & fomitum fristula aliquot cum his assulis Abl. Extinctus est prorsum. Api. Transcurrere ad ædes proximas cum batylo, & adfer nobis torrem aliquē prægrandū, & prunas bene incēsas. Abl. Metallarius est illic dominus, nec sinet carbonē vnū sub fornacibus sibi detrahi, citius oculū Api. Non est metallarius, sed metallicida: ito ergo ad furnū. Quid adfers, titionem magis, quàm torrē? Abl. Non habebant prunas carbonis ¿ Api Quid malum carbonis cespitum hic dixeris. Tu furcilla hac moue ligna, & agite fomitem, vt ignem concipiat, sume pyrolabem asine. Abl. Quid rei est isthuc verbum? Api. Forfex igniaria

Metallarius, qui vulgo Alchimista.

pruniceps. *Abl.* Quid mihi cum verbis Græcanicis? quasi desint Latina. *Api.* Etiamne asini sunt Grammatici? *Abl.* Quid mirum, cum & Grammatici sint asini. *Api.* fac finem altercandi, volo carbones aliquot, aut cespites accendas mihi in hoc foco, ad testuacia lente incoquenda suspende aheneum ad ignē ne desit aqua calida: tum in cacabum inijce armum illum veruecinæ, cum bubula salita: cucumam igni admone cum vitulina, & agnina in chytropode elixabimus orizam. *Abl.* Quid pulli? *Api.* Coquentur in auxilla ærea, quæ stanno est illitā quo sapor sit gratior: sed non tam maturè verba proferes sub nonam. & pinguaria lucium hunc sines in aqua lusitare paulisper, tum exenterabis *Abl.* Carnes, & pisces in eadem mensa? *Api.* Maximè more Germanico. *Abl.* Atqui hoc non placet, medicis. *Api.* Medicinæ non placet, medicis placet. Ego stipitem hunc Grammaticū tantum esse existimabam, medicus etiam est. *Abl.* Numquamne de quęstione illa audiuisti; vtrum sint in ciuitate plures medici an stulti? *Api.* Quis te detrusit in culinam, cùm sis tam saperda? *Abl.* Aduersa mea sors. *Api.* Imo quod manifestum est segnities tua, & socordia, & gula, & lurcacitas, & ingluuies, & animus deneget ac abiectus: ideo ambulas nudis pedibus semicinctus veste obsoleta, & natibus breuiore. *Abl.* Quid tibi cum mea paupertate? *Api*? Nihil omnino; nec velim esse. Sed ad rem, ve præter rem piura quàm oportet satis ne sunt hæc iussa; superq. infixa, & inculcata? scilicet vobis vmquam satis; Da mihi meam braccam, nam foras ludet prodire, continuò adero, cedo tudicuiam insigne artis nostræ: hoc est meum fulmen, & tridens. *Pist.* Heus Abligurine, statue hydrias illas in vrnario; & hanc bubulam abluito diligenter, & confricato in labro *Abli.* Etiamne tu hic quoque imperas? vnus Imperator vni s castris sufficit nō sufficit culinæ vni? facito ipse tu es acrior exactor opere, quā ipse magister culinę. non vocabo te posthac pustillariū, sed stimulū acutum. *Pist.* Imo

Pinguaria, in qua decidit pingue ante assātur.

Onocentrũ Asiui stimulũ. voca me Onocentrum. Frange tu ergo vitulinã hanc in epixenio. Comminue paululum huius casei, & spargamus super hanc offam. *Abli.* Quomodo manu? *Pist.* Non, sed tyrocnesti, instilla huc guttas aliquot olei ex lecyto. *Abli.* Dicis ne ex hoc capsace? *Pist.* Statua hic mortarium. *Abli.* Quod istorum? *Pist.* Illud æneum cum pistillo eiusdem metalli. *Abli.* Qua gratia? *Pist.* Ad terendum petroselinum hoc. *Abli.* Satius est in pila id fieri marmorea, pistillo ligneo. *Pist.* Quæso cantilla, sic vt consueuisti. *Abli.* Ego nolo Cæsar esse.

Florus poeta Adriano Cæsari, vt Scartianus in eius vita.

Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.
Vt sapiant fatua Fabiorum prandia beta.
O quam sæpè potet vina, piperque coquus,

Pist. Fabiorum, an fabrorum? *Abli.* Quare à ludi magistro loripede, & pro fabris & fabijs refers egregium colaphum in gena, vel in bucca. *Pist.* Sic est homo? *Abl.* Vir strenuus, & fortis, & manu promptus, celeritate manuum compensat linguæ tarditatem. *Pist.* Cedo vrnulam ceruisiariam exiccatum habeo palatum, guttur, fauces. *Abli.*

Mar. 13. ac Fabiorũ dicit, vt ineptum hominẽ significet. Virgil. Aeg. 3. Mar. 13

Et granis attrita pandebat cantharus ansa.
Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes;
Filia Picena venio Lucanica porca,
Pultibus hinc niueis grata corona datur.

Api. Vnde tu dicisti adeo. *Abl.* Inseruiui nuper in Calabria ludi magistro cuidam poetastro, qui sepenumero cœnam aliam non dabat mihi, quam cantillationem centum versuum, quibus mirificum aiebat saporem inesse. Ego vero paululum panis, & casei maluissem, aquæ erat satis domi, & licebat nobis de puteo bibere ex animi sententia. inde ego cum esuriens concessissem cubitũ, pro epulis versus illos ruminabam &, concoquebam; nec mihi aliud visum est remedium ad bulimiam illam depellendam, quam culinariam arripere. *Api.* Quæ illi præbebas ministeria?

ria? Abli. Quæ Cæsar Reip. ego eram illi omnia, eram illi à consilijs, etsi mihi vnquam ageret consilio. à secretis, cum nihil haberet, ne latrinamquidem. ego fundebam ei aquam lauandis manibus, quas nunquã abluebat: ego seruabam eius thesaurum. Api. Quem thesaurum? Abli. Schedas aliquot pessimarum cantilenarum, quas tineæ exedebant: & opici mures arrodebant. Api. Imò docti mures, qui mælis poematis dentem insigebat.

Opicisor didi. Celocē. permeta phoram vētrē intelligit. est aut celox genus, nauis oneraria breuis, & velocis. Arab. tibi erat in prouerbio. Græcorũ de ijs qui nimia loqnacitate, aut rei nullũ finem faciētes, molesti sunt citat versũ Apostoliuo in Adagijs

TRICLINIVM.

Aristippus, Lurco.

ARist. Quid tu tam sero surgis, & quidem semisomnis? Lur. Mirum est me esse toto hoc die experrectum, adeo heri edimus & bibimus. Arist. Imò vt apparet deuorasti, ingurgitasti, obruistl te epulis, & vino. sed vbi nam onerasti celocem? Lur. Apud Scopam in conuiuio. Arist. Quin potius more Græco, vocaris, quam Latino verbo conuiuium? Lur. Bucca buccam impellebat intrituræ, & condimenta vellicabant, atque instigabant desidentem stomachum, & appetentiam non patiebantur delassari. Arist. Refer quæso ordine omnia, vt vel auditione ipsa videat mihi interesse, & quasi vobiscum potare, vt ille qui in caupona Hispaniæ duos grandes panes comedit ad nidorem perdicis assæ, quo nidore vtebatur obsonio. Lur. Quis enarrabit omnia? maius negotium id fuerit, quam vel emisse, vel apparasse, vel quod omnia superat, comedi sse. Arist. Assideamus in hoc saliceto, ad crepididē huius ripulę, & quãdo sumus otiosi. ero collocutione alijs de rebus vtemur hac ipsa gramen erit nobis vice puluinorũ ìmittere hac vlmo. Lur. In herba? an nõ humor nocebit? Ari. Quid insanis? humor in ortu c aniculę? Lur. Antea recusabam nunc animus prurit mihi recēsere tibi plus quã postulas, decõuiuio solũ quęrebas, accipies etiã de domino, & de triclinio rogabas vt loquerer, Efficiã vt mox paulo silentiũ roges, indicas, im peres: vt Arabius tibicem qui ad canēdum oboleo conducitur ad tacendum tribus. Arist.

Tu

Tu verò quantum libuerit non eris molestus, quandoquidem in opaco loco consedimus, & orationem tuam carduelis illa vel adiuuabit, vel ad harmoniã moderabitur: vt orationem C. Gracchi seruus fistulatur *Lur.* Quid isthuc rei? *Arist.* Postquam tu feceris narandi finem, audies de Gracchis, & gracculis, & de Græculis. *Lur.* Deambulamus forte transuerso foro, ego & Trasibulus, nacti plusculum otij, quam solemus adiunxit se nobis Scopas. Is à nobis post primas salutationes, & blandum congressum cœpit vehementer contendere, vt posterò die, qui hesternus fuit, apud se essemus. excusare nos primum; alius alia; ego autem vadimonium graue, & apud prætorem valde irritabilem. Sed ille vt libenter ostentat suam magnificentiam, quasi de capite ageretur, orsus est accuratum sermonem quid multa? addiximus, ne molestus esse pergeret. *Arist.* Scin quæ nam fuerit causa conuiuij? *Lur.* Quæ tandem quæso? *Arist.* Est quidem ipse homo locuples, ornatus argento, veste, supellectile, sed emerat phialas argenteas tres deauratas, & pateras sex. perijsset pretium, ni aliquos inuitasset; quibus ostentaret: & alioqui eum ille existimat esse diuitiarum fructum. habetque vxorem à qua extimulatur ad profusionem, quam illa magnificentiam nuncupat. *Lur.* Heri ergo sub meridiem conuenimus in eius triclinium. *Arist.* Qualis erat cœnatio? *Lur.* Hypetra. in opaco frigore? omnia sanè parata, ornata, exculta: nihil deerat ad elegantiam, splendorem & lautitias. Planè primo ingressu exhilarati sũt omnium oculi, & animi aspectu illo pulcherrimo, atque amœnissimo. Erat Abacus ingens plenus bonis vasis materiæ omnis ex auro, argento, cristallo, vitro, ebore, myrrha: alia etiam vtilioris materiæ, stannea, cornea, ossea, lignea, testacea, seu figulina, in quibus ars commendabat vtilitatem substantiæ; nam erat torcumata permulta, omnia expolita extersa, fulgor penè perstringebat oculos. Illic vidisses duo magna malluuia argentea. oris deauratis.

Gracchi seruus, Cic. 3. de Orat.

ratis.

ratis, vmbilicus erat aureus cum insignibus illius. Habebat vtrumque malluuium suum guturnium, quorum epistomium erat deauratum: stabat, & alterum aquiminarium vitreum, fistula, deaurata cum pollubro figulino, operis Malacensis probe sandracato. Phialæ omnis generis, & argenteæ duæ ad vinum generosissimum. *Arist.* Ad vsum meum ampullas vitreas malim, aut etiam testaceas ex iis quæ lapideæ dicuntur. *Lur.* Quid facias? ita est hominum ingenium: non tam in his quæritur commoditas, quam opinio diuitiarum. *Arist.* Isti opulentissimi sæpius videntur alij tales, sibi inopes ideo nullus finis proferendi; & ingerendi oculis. præsertim qui nullam habent aliam bonam artem, qua fidant, sed perge. *Lur.* Erat cymatium abaci tapete villoso tectum, ex Turcia vsque allato positæ erant duæ mensulæ procul ab abaco, cum quadris, & orbibus argenteis. vbicuique additum erat suum salinulum, cultellus, panis, & mantile. Sub abaco refrigeratorium, & œnophora grandia. Tum sediliavaria, sellæ, bisellia, subsellia, & domine sella plicatilis parata, visendi operis, cum puluino serico, & suppedaneo. *Arist.* Pone tandem mensam, & explica mappam. nam mihi intestina præ fame rugiunt. *Lur.* Erat mensa cibilia ingens, segmentata operis tessellati antiqui, quæ fuerat principis Dicæarchi. *Arist.* O mensa antiqua, quam dispari domino. *Lur.* Illam ipse emit in actione satis magno solum quod illius fuisset, vt aliquid haberet principis. *Lur.* Datur aqua lauandis manibus primũ magnis recusationibus, & inuitationibus mutuis, & cedendo inuicem. *Arist.* Idem factum est in consensu, cum quisque se inferiorem altero faceret illum extollere comitate arrogantissima, cum vnus quilibet potiorem se reliquis omnibus censeret. *Lur.* Sed Dominus iure suo distribuit loca sacrata est mensa à puerulo breuiter, & perfunctoriè, & non sine rhytmo.

Vitrũ est in Hispania Malacæ.

O mẽsa antiqua imitatio eius, quod à Cic. in 1 Offic. adducitur. O domũ antiqua heu quã dispari dominaris domino.

Quod

Rythmo vt nos dicimus rima ꝗ in fine horũuer sui est. Primi missus, vtinos dicimus primo seruito. Siliginẽ tritici delicias, ait Plin. 18.c.5. inde siligenus panis vtide l. 18. c. 9. pro delicato accipitur. Ille illud Senecæ siligineum fames, reddet.

Quod appositum est, & apponetur,
Christus benedicere dignetur,

Explicat quisque suum chiromactrum, & inicijt super humerum sinistrum: hinc coltellulo repurgat panem, si quid non satis putabat à ministro purgatum, nam decrustatus erat appositus. *Arist.* Sedebatis commodè? *Lur.* Nunquam commodius. *Arist.* Nõ potuisti male prandere. nam reliqua sat scio suppeditatum iri redundanter, si qua modo fuerat in macello. *Lur.* Nusquã vberius, copiaq. ipsa nocet. Astat mẽse structor, cultellos, & furcinula cõponens. Ingreditur magna pompa architriclinius cum longo agmine puerorum & exoletorum, qui gestabant fercula prima missus.

C O N V I V I V M.

Scopas, Simonides, Crito, Democritus, Polemon.

SCo. Vbi nobis Simonides? *Cri.* Illico dixerat se venturũ, simul ac conuenisset debitorẽ apud forum. *Sco.* Rectè habet, à debitore facilius se extricabit, quam à creditore. *Cri.* Quid istuc? *Sco.* Sicut in victoria belli cõditiones fert victor non victus. Nam à debitore, cùm ipse idem volet à creditore, cum alter. Sed conuenistis ne omnes, Vt erat condictum, relicta domi seueritate, afferentes vobiscum hilaritatem, lepores, venustates, gratias? *Cri.* Planè ita spero, & erimus sicut monet M. Varro, belli homines. *Sco.* Reliqua meæ curæ sunto. *Cri.* Ecce tibi, Simonides. *Sco.* Feliciter. *Sim.* Et vobis faustè. *Sco.* Expectantissimè. *Sim.* Planè rusticane, nam ad prandendum eram inuitatus non ad expectandum. Sed quæso fui vobis diù in mora? *Sco.* Non valdè. Cur non accũbebatis sine me? essetis saltẽ præmiati de fructibus, quibus ego non admodum capior. *Sco.* Bona verba, te absente assedissemus? *Cri.* Satis comitatum exordiamur iam opus. Optimum panem, & leuissimum, non plus habet põderis, quàm si esset spongiã: siligineus est setanius. industrium haberis pollinctorem. *Sco.* Roscius est pristini curator. *Sim.* Numquãne in id conijcitur? *Sco.* Absit tam fiugi seruus. *Dem.* Adfer mihi autopyrum

pyrum. *Sim*. Mihi verò fecundarium, aut typhacium. *Sco.* Cur talem. *Sim.* Quoniam audiui,& ita fum expertus, minus me esse, cum panis non est sciti saporis *Sco.* Heus puer adferto ei panem cibarium, & vulgarem etiam ex atro. si ita mauult. ita demum iucũdissimè conuiuabimur, si quisque quod maximè collubitum erit sumpserit. *Pol.* Panis hic, quem tu tantopere probas spongiosius, aquaticus est, malo densiore. *Cri.* Mihi verò non displicet spongiosus, modo nè sit speusicius, hic verò etiam ectas attollit. quod focacei solent facere: cum sit, vt satis apparet, fornaceus. *Pol.* Cibarius hic panis, & acetosus est. & acerosus typhaceũ dicas. *Sco.* Si consueuerũt nostræ agricolæ triticum omne, quod huc important, acerare prius in villa & miscere multis generibus seminum. Sapor autem ex fermento est nimio. *Pol.* Nullum hominum genus est hoc fraudolentius: non malefaciũt, nisi cũ nesciunt *Cri.* Panis hic nõ est satis fermẽtatus. *De.* Puta te hodie, Iudæum qui azymo vescebantur iussu Dei. *Cri.* id quidem, quod homines essent pessimi: vt interdicta est illis suilla, qua nihil palato gratius: nec, si moderatè sumas, salubrius. Et quidem azyma iussi sunt comedere cum lactucis agrestibus. quæ sunt per quam amare. *Pol.* Illa omnia sensus habent altiores, omittamus hæc. *Sco.* Et quidem disputationem de pane. Si de obsonijs fuerit tanta controuersia, magna erit in toto conuiuio discordia. *Cri.* Accidet nimirum, quod Horatius inquit.

Tres mihi conuiuæ propè dissentire videntur.
Poscentes vario multum diuersa palato.

Sco. Appone lanceas illas,& typana cũ cerasis & prunis,& malis granatis,& persicis pomis, & persicis præcocibus. *Pol.* Cur M. Varro dixit conuiuas non debere excedere numerũ Musarum, cũ de eo numero non constet; alij enim ponunt tres, alij sex, alij nouẽ. *Cri.* Dixit tanquã si constaret esse nouæm, & ita erat vulgo receptum. Vnde Diogenis iocus in ludi magistrũ, qui paucos haberet discipulos, depisteas autem

vt nihil eſt durius, quam perire ſiti. Ego verò mallé optimam nobis aquam proſpexiſſes, hunc nuntium audiuiſſem libentius, quàm de vino. *Sco.* Nec ea deerit. *Sim.* Nuper cùm eſſem in vrbe Roma, bibi apud Cardinalem quendam vina generoſiſſima omnifariam ſaporis. nam eram præfecto cellæ vinariæ per quam familiaris vinum dulce, acutum, lene, ſuaue. auſterum, *Dem.* Mihi vehementer placet diglauces. *Pol.* Sic fere Belgicis fœminis. *Sim.* In plagis quibuſdam Galliæ flores apponuntur ſecundarium autem vinum, & tertiarium habent in delicijs. Sed ea villa ſunt magis, quam vina, & alioquin vinum Gallicum toto genere aquam, nec ætatem fert. itaque paulo poſt, quam eſt diffuſum, bibitur, quippe poſt annum inclinant illico, & fit dubium, tum fugiens, & acuit; quod ſi manſerit diutius emulcet, & in vappam vertitur Hiſpanum vinum & Italicum bene fert & aquam, & ætatem. *Dem.* Quid rei eſt viuum fugiens? viteutur probè dolia, & obſeruetur cella, imo & domus claudatur, ſi ſit opus. *Pol.* Vt poma fugienia quæ ætati cedunt; nec ſeruantur, & diſce dere vulgo dicimus. cuius contrarium eſt vinum conſiſtens. *Dem.* Funde mihi prius aquam ad dimidium calicem ſuper hanc infundes vinum more veteri. *Cri.* Imo & hodierno multarum gentium Galli, & Germani contrafaciunt. *Dem.* Quæ nationes volunt bibere aquam vinatam, aquæ addunt vinum: quæ vinum aquatum, vino ſuperinfundunt aquam. *Cri.* Quæ verò vino aquam non defundunt, quid bibunt? *Dem.* vinum purum bibunt. *Cri.* Etiam, niſi prius ſit à vinario irrigatum. *Pol.* Baptizare id vocant, vt vinum ſit Chriſtianum. ea erat mea tempore elegantia philoſophica. *Dem.* Illi baptizant vinum, & ſe ipſos exbaptizant. *Pol.* Peius agunt, qui inijciunt calcem, ſulphur, mel, alumen, & alia dictu tetriora, quibus nihil eſt corporibus perniciofius, in quos publice deberet animaduerti vt in latrones, aut ſicarios. inde ſunt enim incredibilia morborũ genera, & potiſſimum

tissimum arthretica. *Cri.* Ex conspiratione cum medicis id agunt, vt vtrique rem augeant. *Dem.* Nimis mihi porrigis plenum calice. deple quæso te aliquātum vt sit locus aquæ infundendæ. *Cri.* Fnnde mihi in scyphum illum coloris castanei, quod rei est? *Sco.* Nux prægrandis Indica, ab labris argento circumclusa. visne in cullulo illo ligni hebeni? quid ferunt esse saluberrimum. Ne reddas tantum aquæ. ne scis vetus verbum, perdis vinum infusa aqua. *Dem.* Imo perdis vtrunque, aquam & vinum. *Pol.* Malim vtrumq. perdere, quàm ab alterutro perdi. *Sco.* Libetne pòtare mor Græco ex illis pareris, & capacioribus poculis? *Cri.* Minimè vero, Admonebas nos modo antiqui prouerbij, viciſſim admoneo te pręcepti Pauli: Nolite inebriari vino? in quo est luxuria, & Seruatoris nostri. Videte ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate. *Cri.* Vnde est hæc frigida, tam pura, & pellucida? *Sco.* E fronte proximo. *Cri.* Ad vinum diluendum mal m cisternam, modo defæcatiſſima. *Dem.* Quid putealem? *Cri.* Vsibus lauandi aptior est, quam bibendi. *Pol.* Fluuiatilem commendant plurimi *Cri.* rectè, si fluant omnes per venas auri, vt ferè in Hispania: & sit quieta & liquida. *Simo.* Mihi verò in phialia illa Samia, adfer aliquantum ceruisiæ, quam puto refrigerādo corpori hoc æstu vtiliſſimā. *Sco.* Ex qua tandem ceruisia? *Simo.* Ex tenuiſſima; nā aliæ nimium incrassant spiritus, & reddunt obesum corpus. *Pol.* Mihi item dato, sed in vitro illo terete. *Sco.* Curre ad culinam. quid cessant, quin mittunt miſſum alium? vides iam hinc neminem attingere: Adfer pullos Gallinaceos, elixos cum lactucis, buglossa hortensi, intubo veruecinam quoque, & vitulinam. *Cri.* Adde etiam in scutulis paulum sinapis, aut petroselinati. *Dēm.* Violentia res videtur sinapis. *Cri.* non admodum congruit biliosis. Iis tamen qui craſſis, & frigidis honoribus redundāt, haud inutilis *Pol.* Idcirco sapiunt populi Septentrionales, quibus illa est imago vsui, præcipuæ cibis craſſis, & duris

VtCatul procul hic abire lymphe vini pernicies.

Nolite adEphes 5. Vieto Luc. 21.

Miſſum aliū, un' altro ser nito in tauola.

ris addita. vt bubulæ, & falsamentis. *Sco.* Hoc loco existimo pultes, & ptisanas venturas in tempore, leucophagum simigliantem, amylum, oryzam, vermiculos, edat quisque ex quibus volet. *Dem.* Vidi quia vermiculis huiusmodi vehementer abhorreret, quod autumaret collectos fuisse ex terra aut cœno, & vixisse aliquando. *Cri.* Scilicet metuebat, ne in aquilaculo suo reuiuiscerent. O rizam fuerunt nasci in aqua, mori in vino, cedo igitur vinum. *Dem.* Ne bibe statim à cibo calido, intermisce prius frigidi aliquid & solidi. *Cri.* Quid. *Demo.* Crustam panis aliquā. vel turundam vnam, aut alteram carnium. *Simo.* Vah, pisces cum carnibus in eadem mensa mare miscetur terræ, hoc vetant medici. *Sco.* Imò hoc placet medicis, *Simo.* Credo, quia illis vtile. *Sco.* Cur ergo vetant medici? *Sim.* Erraui, à medicina prohiberi dictum oportuit, non à medicis. Sed qui sunt pisces isti? *Sco.* Appone ordine, primum lupum illum assum cum aceto, & capparibus; tum passeres elixos cum succo lapathi acuti, soleas frixas lucium recentem, & capitonem, lucium salitum serua tibi, thymum assum recentem, & thymnum in salsamento, menas recentes frixas crustulatæ in quibus insunt mulli barbati, murenæ, & truttæ multis conditæ aromatis, gobios frixos, cammaros & cancros elixos. Admisce scutellas cum intris alliato, piperato, erucato. *Simo.* Ego verò de piscibus loquor, non edam. *Cri.* Si philologus cęperit de piscibus mouere controuersiam, hoc est de re incertissima, & controuersissima, incipite nobis tectulos insternere, hic erit cubandum. *Sco.* Nemo dignatur vel gustare tolle hæc. *Simo.* Atqui conuiuia olim Romæ lautissima, &, vt ipsi soliti erant dicere, pollucibilia ex piscibus constabant. *Cri.* Ita sunt mutata tempora, etsi hoc etiam num durat apud quosdam. *Sco.* Importate assa, pullos perdices, turdos anatriculas, querquedulas, palumbulos, cuniculos, lepusculos, vitulinam, hædinam, & intinctus seu embamınata, acetum, omphacium, oxipora,

Vermiculi vulgo. vermicelli.


Crustulataque vulgo pastelli.

mala etiam medica, & cytonia, & oliuas Balearicas conditiuas, quassas, & in muria asseruatas. *Dem.* Non adsunt Bethicæ. *Sco.* Magis sunt saporis sciti Balearicæ. *Cri.* Quid fiet grandibus illis beluis, anseri, cyche, pauoni? *Sco.* Ostende tantum, & refert in culinam. *Pol.* Hem pauonem. Vbi est. Q. Hortensius, cui erat in delicijs? *Simo.* Tolle agninam. *Sco.* Cur tolletur? *Simo.* Quia est insalubris, ferunt eam non alia exire; quàm qua intrauit. *Cri.* Vidi quendam deuorare ossa oliuarum struthionicè. *Sco.* Ex quibus carnibus sunt artocreæ istæ? *Cri.* Hæc est ex ceruina. *Sco.* Hæc est damica illa est, vt puto, aprugna. *Cri.* Condituras ipsius malim quam carnes. *Simo.* Planè ita est, etiam res amaras condimentum reddit suauissimas. *Cri.* Ecquid est vitæ totius condimentum? *Demo.* Aequus animus. *Cri.* Aliud quiddam ego proferam amplius, & angustius. *Demo.* Quid tandem hoc meo? *Cri.* Pietas, sub qua & animi æquitas comprehenditur, & ad res vniuersas asperas. faciles medlas. condimentum aptissimum, & iucundissimum. *Sco.* Infunde vinum album Hispanicum in carchesium illud, & circumfer per conuiuas. *Demo.* Quid paras agere? sub prandij finem propinas nobis vinum fortè, ac generosum. dilutius erit posthac bibendum, sit consultum cupimus valetudini *Sim.* Rectè mihi videris admonere. frigida enim oportet esse in conuiuio postrema? quæ pondere suo cibos ad imum ventriculũ detrudat, & vapores caput impetentes cohibat. *Sco.* Tolle ista, muta orbes & quadras, ad secundam mensam nemo extendit vsq nam manum. *Cri.* Adeo voraui initio auidè, vt statim amiserim appetitum. *Dem.* Ego item non appetitione, sed impetu feror ad primas dapes, inde me expleo. *Pol.* Nescio quid edidè piscibus id gustum meum prorsus retudit. *Sim.* Tantum ne bellariorum apparatum, & cupidines, cum nihil superest amplius cupediæ? pyra mala, caseus multiplex, sed palato meo congruentissimus est hippax. *Cri.* non reor hippacem esse hunc, sed Phrygium,

Artocreæ, pastili ex carne.

gium, ex lacte asini, qualis é Sicilia vsque aduehitur columellari forma, & quadra: qui cum frangitur, in laminulas finditur, siue phyluras. *Dem*. Caseus hic; etsi Britannicus fistulosus est, non erit mea vtique sententia vobis gratus. *Cri*. Sed neque hic spongiosius Hollandicus. Parmensis hic est bene compactus, & satis (vt videtur) recens, & ille Penafellius, facile cum Parmensis certarit. *Dem*. Non est Parmensis, sed Placentinus. Etiam si placet. vulgo Germanorum suauissimus est caseus vetus, putris cõfriatus, & vermiculosus. *Sim*. Qui talem edit caseum, sitim venatur, & edit, vt bibat. *Sco*. Pistor dulciarius nimium moratur, quin adfert stribilitas, & arto lagana testuacea, & sartaginea consperosine in cacabum iniecta olei feruentis melle superfuso? *Cri*. Cariotas da mihi aliquot, & ad edendum, & ad seruandum fortasse nocte hac nihil edam aliud. *Sco*. Cape igitur spathalium hoc integrum. vin'ex malogranatis? *Po*. Heus puer? spolia nobis hanc palmam agrestem, & da quod est esui. *Sco*. Potionis vos admoneo. scitis Aristotelis esse opinionem, tragemata esse inuenta, vt ea nos ad bibendum inuitent, ne cibus in arido coquatur. *Cri*. Oportet ergo inuentorem fuisse, vel nautam, vel piscem qui adeo timeret ariditaté. *Sco*. Adfer ea, quæ solent vocari sigillum stomachi, post quæ nihil est nec edendum, nec bibendum; bucellatum, cydoniatum, coriandrum saccaro contextum hoc vero manducandum est, non edédum: sed quod ex manso reliquum est aridum, expuendum. Collige frustra, & reliquias in canistris. adfer aquas odoriferas, rosaceam floris mali medici, muscatam. *Po*. Agamus Christo gratias. *Pa*. Agimus tibi gratias Pater, qui tam multa ad hominum vsus condidisti: annue, vt tuo fauore ad cœnam illam veniamus tuæ beatitudinis. *Po*. Agamus nunc domino gratias. *Cri*. Age tu. *Po*. Imo agat Democritus, qui in hisce rebus multum valet. *Dem*. Gratias tibi non possum agere pro merito hoc statu Reipublicæ, vides enim omnia à Baccho pertur-

Penafellius illo oppido Hispaniæ.



Aristotelis problema sect. 22. 6.

perturbata: sed recitabo quas Dionysio egit Diogenes, nam mandaui memoriæ tuæ labenti memoriæ, & linguæ titubati, in tanta eluuione, habebis veniam. *Sco.* Dic quicquid libuerit, scribetur in vino. *Dem.* Defatigasti, te ipsum Scopa vxorem, famulos, famulas, vicinos, coquos, pistores, vt nos magis comedendo, & bibendo delassares Socrates sapienter, qui in mercatum celeberrimum ingressus exclamauit, O Dij immortales, quam multis ego non indigeo, tu cõtra posses dicere; Hæc omnia quotula portio sunt eorum, quibus ego indigeo. Naturæ placet modica, & illis ea sustentatur, ac fulcitur hæc tam multa, tam varia obruunt naturam. Meritò Plinius: Varietas ciborum homini pestilens, pestilétior condimentorũ referimus, hinc domum grauata corpora. referimus animos obrutos, ac demersos cibis, & potionibus, vt *Ouid.* 11 *Metam.* nullo hominis officio rite possimus fungi. Tu ipse iudicato, ecquam tibi gratiam debemus. *Sco.* Hæccine est gratia, quam habetis? sic rependitis? prandium tam oppiparum? *Po.* Ita planè. quod enim maius beneficium, quam vt fias sapientior? tu nos domum remittis planè bruta. nos te domi tuæ volumus hominem relinquere, vt scias consulere tuæ: ac alienæ valetudini. & secundum naturæ desideria viuere non iuxta corruptas ab stultitia opiniones. Vale, & sape.

E B R I E T A S.

Asotus, Tricongius, Abstemius, Glaucia.

A*sot.* Quid tu dicis Tricõgi? quã laute nos heri accepit Brahãtus ille? *Tri.* Malè sit illi, nõ potui tota nocte quiescère. Vomui (sit habitus honor vestris auribus) cõuolui me subíde toto lecto modo ad spõdã interioré modo ad exterioré, fauces, & stomachũ videbar mihi reiecturus. nũc præ dolore capitis, nec oculorũ officio possum fungi, nec aurium. lamia ponderosa plumbi videtur mihi in frontem, & oculos incumbere. *Aso.* Frontem, & tempora fortiter astringe fascia, & Rex videberis. *Tri.* Seu ipse potius Bacchus,

à quo institutum manauit diadematum in Reges. *Aso.* Recipe te domum, & edormi crapulam. *Tri.* Domũ verò? nihil æquè fugio, & auersor, vt domum, & vxorem clamosissimam. ea si me nunc aspiceret, longiores haberet homilias, quam Chrysostomns. *Abst.* Hoccine appellas tu lautè tractari? *Glau.* Planè ita, est, nam lauerunt probè guttur, & fauces. *Abst.* Manus vero *Glau.* Ne semel quidem. *Aso.* Imo sæpè vino, & lacte, dum alij in aliorum pateras immittebamus manus, *Glau.* Quid potest dici lautius? & quidem digitos pingui carnium, & embammatis inuiscatos. *Abst.* Tace, per diuos, quis posset absque nausea rem adeò audire obscœnam? quanto minus videre, aut de eiusmodi vino, aut lacte gustare? *Aso.* Audiui vestram fidem, adeon'es Abstemi delicatus, vt hęc ne auribus quidem possis deuorare? quid faceres palato, vt nos? Sed heus tu Tricongi, computatur suauissimè, mittamus puerum aliquem, qui nobis in illa phiala fictili adferat ex eodem vino; nulla est certior huic veneno theriaca *Tri.* Est ne hoc exploratũ? *Aso.* Quid ni esset? memineris versus, quos cãtat Colax: ad sanandum morsum canis nocturni sume ex pilis eiusdem canis. *Glau.* Narra quæso de conuiuio. *Abst.* Ne narres, nisi velis me remouere quicquid habeo in ventriculo, cum ipsis vitalibus. *Glau.* Facesse igitur paulisper, *Aso.* Ego narrabo quam commodissimè, vt nusquam sit honos? præfandus. *Glau.* Incipe obsecro aduerte animum Abstemi. *Aso.* Glaucia mi, ante omnia istud ex me habe, nullum esse hominum genus, quod comparari possit cum festiuo, & largo conuiuatore. Quidam ostentant eruditionem rerum variarum, idest, mera nugamenta: alij iactãt experientiam, & vsu collectam prudẽtiam, quorsum id? Sunt qui habent quidem opes; sed non audent expendere. miseri quid eos iuuat asseruare benignus conuiuator vbique prodest, vbique est gratus: vel solus illius aspectus exhilarat tristitiam animi, & discutit, si qua est in eo miseria, siue recordatione conuiuij,

Allusio ad locũ Plautionum.

uiuij, siue spe, atque expectatione. Alia omnia, quę dicunt bona animi, nec ego video, & sunt ieiunia atque infrugifera *Abst.* Rogo te Asote, quis est auctor tam bonæ sententiæ? *Aso.* Ego, & omnes mei similes, idest pleriq. est Gallia Belgica à Sequana ad Rhenũ flumen, tantam dissentiunt inter nos homuli quidam, vel miseri, & præceparci, qui Abstemio suum inuident cognomen frugi volunt appellari; vel quidam magna sapientiæ opinione suffarcinari, idest, inani nomine, quos etam (idest, maxima pars hominum, & præcipua) ridemus *Abst.* Quid audio? *Glau.* In hoc iste non fallitur, etsi ebriosus. nam nusquam eruditio minus habet pretij, quàm in Belgica, non aliud afferentur virum eruditione præstantem, quàm sutura, vel textura. *Abst.* Atqui student hic multi, & non infelici profectu. *Glau.* Educuntur à parentibus parui filij ad scholas, tanquam ad opificium, quo parent sibi deinceps victum. Ipsi etiam Scholastici dictu incredibile, quam parui institutores suos facit, quam prosequantur honore exiguo, & præmijs adeò tenuibus, vt doctores insignes ac primi nominis tolerare se vix possint. *Abst.* Ista sunt ab instituto sermone aliena reuertamur ad conuiuium. *Aso.* Hoc malum audire, & missos faciamus iam tandem sermones istos studiosos, qui sunt profectò infrugiferi. Nescio quemadmodum vos Itali de eruditione statuatis mihi certè res videtur non solum inutilissima, sed etiàm damnosa. *Abst.* Idem videtur boni, & sui, quod tibi, & nobis quoque videretur, si non plus haberemus mentis, quàm tu. *Aso.* non esset finis. Itaque audi iã primum omnium accubuimus seueri, & tristes: sacrata est mensa, silentium vbique, & quies, cœpimus expedire cultellum quisque suum species præbebamus non inuitatorum, sed inuitorum, adeò id diceres facere nos coactos, & faciebamus re vera admodum segniter: non dum enim incaluerat animus ardore illo libero, aptat quisque mantile suum humeris, nonnulli etiam pectori alij de mappa extendunt super

Abstemiũ à quò poto rè uocat Her. l. 1. post 3. ad Mæc. Dicitur a bstineo & temotũ, quod antiquis valebat vinum.

super gremium, sumit panem, aspicit, voluit, purgat siquid esset carbonis, aut cinerum decorticat, & hoc omnia lentè cunctabundæ. Quidem auspicati sunt cœnam à potione; alij priusquam biberent, paulu-lum sumpserunt acetarij, & pabulę salitæ, ad excitandum dormiens palatum, & stimulandum languidulũ: primus scyphus fuit cæruisiæ, vt frigidum cæmentum substerneretur ardori vini. Allatus est sacer ille liquor primum proculis angustis, & exiguis, quæ magis sitim irritarent, quàm restringerent. Dominus homo festiuissimus, qui potiorem in hac tota regione nullum habet, ac ne parem quidem, mea vtique sententia (quod sit dictũ sine cuiusquam iniuria) iubet adferri pocula capacissimo, & cœptũ est largiter potari more Græco, vt dicebat illic philogræcus quidã qui Louanij olim studuerat. Ibi cœpimus loqui, tũ incalescere, hilaritas vbique, & risus diffusissimus, ô cœnæ, noctesque, deorum alij alijs præbibimus, & magna æquitate faciebamus paria: nefas erat sodalem fraudare, tali præsertim tempore. *Abst.* Meritò, cum agitur non de calice vini; sed de sensu, & mente, rebus in homine præcipuis. Sed vt hac de re tam læta, tam festiua, & ego colloquamur primum rogandus es an sis ebrius. *Aso.* Non re vera, & facile est cognoscere ex ordine orationis meæ, nam si essem putas me hæc referre potuisse adeò compositè? *Abst.* Rectè est alioquin iuxta Mimi versiculum, cum absente litigarem. Principio cur non extruitis templum aliquod in hac regione Baccho cęlestis, huius liquoris repertori. *Aso.* Hoc vestrum est, qui ædem habetis Romæ Sergij, & Bacchi nobis satis est quotidie illi passim sacra facere. Et fortasse erigeremus templum si constaret illum fuisse inuentorem, nam de ea re audiui disputari inter studiosos quosdam. Sunt qui putent primum fuisse Noem, qui vinum biberit, quiquè sit inebriatus. *Abst.* Dimittamus ista. Cedo, quod vinum bibetis? *Aso.* Quid nostra refert, quod sit vinum, aut cuias: habeat modo nomen, & colorem vini id satis

Philogræcus Varonis vocabulum.

est nobis, delicias illas quærat Gallus, aut Italus. *Abst.* Quæ ergo potest esse delectatio, cum id non gustas, quod in corpus ingeris? *Tri.* Fortasse nonnulli initio aliquid gustant, integro palato: mox verò deprauato ex tanto humoris redundantia, gustum omnem amittunt. *Abst.* Siti iam extincta, nulla superest voluptas quæ tota sita est in satisfaciendo desiderijs naturalibus; ita vt tormenti sit genus sine siti bibere, aut sine fame edere. *Tri.* Putas non Abstemi ad voluptatem potare, aut quod sit iucundum? *Abst.* Tanto ergo estis peiores bestijs, quæ cupiditatibus naturalibus aguntur, vos neque illuc ducit ratio, & retrahit natura. *Tri.* Ducit nos eo sodalitas, & paulatim inebriamur imprudentes. *Abst.* Quoties estis inebriati quoties alios ebrios vidistis? *Tri.* Quotidie plurimos. *Abst.* Non sufficiunt ergo tam multa experimenta deuitandum rem tam fœdam: atqui bellua, vel vno experimento fieret cautior. *Gla.* At sodales istos in quorum gratiam transeunt ex hominibus in bestias, scis quam habent charos? dum putant. darent illis præcordia: digressi illinc, vix agnoscunt, vitam, & animam cuiusuis illorum nollent redempta sibi nummo sestertio. *Abst.* Quibus ex poculis hauriebatis vinum, & quomodo? *Aso.* Primum allata sunt vitrea paulo post ob periculum sublatis illis, exhibita argentea. In vinum inisciebamus à primo herbulas, quod id suaderet anni tempus, paulo post ius carnium, lac, butyrum, cremonem. *Abst.* O spurcitiem, ne belluis quidem tolerabilem. *Tri.* Quanto tu tragicoterum exclames, si scias alios in aliorum pocula manus sordentes immittere? conijcere ouorum, & pomorum, & nucum putamina, & oliuarum, ac prunorum ossa? *Abst.* Abstine ab hisce narrandis, si vis ne me hinc in syluas aliquas fuga abripiam. *Tri.* Audi tu in aurem Glaucia. Quidnam horum gestant in faciendo itinere cornu venatorium plenum, vt necesse est, puluere & stipulis & floccis, & sordibus alij. ex hoc bibimus. *Gla.* Quid. *Tir.* Quid? verò vinum. *Gla.* Imò verò

mentem

mentem. *Tri.* Planè ita eſt, & poſt epotã mentẽ maculis non admodum mundis, ſumptis de ſcamno lectìcari, vſi ſumus pro calicibus. *Abſt.* Quis fuit conuiuij exitus, tamquam fabulæ? *Aſo.* Natant vino pauimenta. inebriati ſumus omnes, hoſpes In primis, homo ſtrenuus deiectis ſub menſam magna victoria, duabus, aut tribus. *Abſt.* O præclaram victoriam, & de re pulcherrima ac prædicanda. Sed omnes tamẽ vinum vicit? *Aſo.* Etiam. *Abſt.* Miſerum te, quid putas eſſe ebrium? *Aſo.* Probe, & ex animi ſententia indulſiſſe Genio. *Abſt.* Cui Genio? bono an malo? *Gla.* Si rectè omnia ſcruteris; nuſquam inuenies cui indulgeant. neque enim animo, nec voluptati, nec vlli rei alteri, cui alij indulgent, qui vitijs obtemperant, & prauis animi cupiditatibus. Sed inebriari eſt ſenſum facultates amittere. extre de poteſtate rationis, iudicij, mentis: planè ex homine fieri, vel pecus, vel ſaxum. Quæ deinceps ſequantur etſi nunquam ebrios vidi tamen facilimum eſt coniectare: loqui, & neſcire quid loquaris: ſi quid commiſſum eſt tibi arcanum maximè celãdum effutire: atque ea dicere propter quæ te, & tuos & ſæpè patriam, ac prouinciam vniuerſam in graue diſcrimen adducas: nulla diſtinctio amici, & inimici, vxoris, & matris, rixe, turgia, inimicitiæ: plagæ, vulnera, mutilatio, occiſio. *Tri.* Etiam ſinè ferro & ſanguine: nam, non pauci cõtinuant ebrietatem cum morte. *Gla.* Quis non malit domi ſe cum cane aliquo, aut fele includere, quam cum ebrio? plus enim mentis eſt in illis animantibus. *Abſt.* Poſt ebrietatem verò cruditas, debilitatio neruorum, paralyſes, arthretici cruciatus, grauedo capitis, & corporis tutius, hebetatio ſenſuum omnium memoria extinguitur, ingenij acies retunditur: vnde ſtupor in tota mea te, & ad intelligendum ſapiendũque, & ad eloquendum. *Aſo.* Iam incipio intelligere, magnum eſſe malum ebrietatem, poſthac dabo ſedulam operã, vt bibam ad hilaritatem, non ad ebrietatem.

Vnde illud vinũ memoria mors.

tatem. *Gla*. Hilaritas est ianua ebrieratis nemo venit ab bibendum eo animo, vt inebrietur: sed bibendo exhilaratur, continuo post sequitur ebrietas difficile est enim signare hilaritatis metam, atque in ea sistere Lubricus est gradus ab hilaritate ad ebrietatem. *Abst*. Dum vinum habes in scypho, illud est in tua potestate: dum in corpore tu es in illius: haberis iam, non habes: cum bibis tu tractas vinũ pro tuo libito; postquam biberis illud te tractabit pro suo *Aso*. Quid ergo nunquamne est bibendum? *Abst*.

Horat. in epist. ad Pis. qua vulgo poetica dicitur.

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Bibendnm quidem, non potandum natura sola in hoc docet bruta, hominem non docebit eadem natura ratione adiuta? Edes cum esuries, bibes cum sities: fames & sitis admonebunt quantum, quando, quatenus edendum, & bibendum. *Aso*. Quid si semper sitiã, nec sitim possim mitigare, quin fiã ebrius? *Abst*. Bibe, quod inebriare non possit. *Aso*. Non fert constitutio mei corporis. *Abst*. Quid sit tãtũ esuries, vt exatiari nullo cibo posses, nisi disrumperis. *Aso*. Ea verò non esset fames, sed morbus. *Abst*. Nimirum opus esset medicina ad eam famem tollendam, non dapibus nonne? *Aso*. Quindi? *Abst*. Eodem prorsum modo medico tibi esset opus ad eam sitim, non caupone: & potione de pharmacopolio petita, non de cœnopolió, non est ea sitis, sed morbus, & quidem perniciosus.

R E G I A.

Agrius, Sophronis, Holocolax.

A *Gr*. Quid est quod tam multi regem comitantur, tam vario cultu. *So*. Quin tu potius vults contẽplaris quam cultus magis sunt enim vultus varij!, ac diuersi, quam cultus; & vestitus *Agr*. Istud quoque de vultibus quamnam habet causam? *Soph*. Vestiuntur quidem alias pro facultatibus, alias pro ratione dignitatis, aut generis, sæpè etiam vt cuiusque est vel ambitio, vel vanitas: multi quoque vestimentorum elegantia vtuntur pro hamo & reti, ad fauorem captandum vel regis vel procerum animos puellarũ

non

non raro. Vultus autem affectus animi sequitur talis est sera qualis interior animi habitus. *Agr.* Sed cur tam multi huc conueniunt? *Holo.* An non decet vt plurimi sint, vbi est caput, & regimen prouinciæ totius? *So.* Optime, sed plerique non adeo rempublicam spectant, vt priuatam & sequuntur eum, in cuius manu est regimen non tam patriæ, quàm fortunarum. *Hol* Quidni? quandoquidem omnia sunt pecuniæ venalia. *So.* Sic iudicant illi quibus animus, & mens nihil omnino est; valetudo autem, & dotes corporis viles. *Agr.* Quid opus est in hoc tumultu aulico tanta Philosophiæ speculatione? ego vero malim de vobis intelligere quinam sint isti tanto numero, tam varia specie, ac forma? *Hol.* Ego tibi omnes percensebo ordine, nam Sophronius hic, quantum intelligo, non est admodum in regijs versatus: ego vero comitatus omnes regios adij, penetraui, perscrutatus sum perspexi, gratus semper omnibus & iucũdus. *So.* Inde credo parasti tibi cognomen illud Holocolacis. *Hol.* Rem tenes, sed tu Agri ausculta. Ille, in quem aures, oculi, mens omnium intenta est, ac defixa est rex, caput reipublicæ. *So.* Verè, caput, & ideo salus, cum est sapiens, ac probus: pernicies autem dum malus, aut demens. *Hol.* Ille, qui poni sequitur puellus, est filius eius hæres, quem in aula Græca vocabant hoc est, dominum in Hispania, vocant Principem in Gallia Delphinum. Torquati illi in vestibus holosericis, & holobrizis, proceres sunt regni insignes dignitatum militarum nominibus, Princeps, Duces, Præsides limitanei, quos Marchiones nominant, comites viri, qui barones voce barbara nominantur, equites. Ille est magister equitum, quẽ vulgo comitem stabilem appellant, nomine ex aula Græca sumpto, vbi magnus Gonnestabulus cognominabatur: sicut præfectus maris. Admirabilis. Est prætorio præfectus, qui non solum palatio præerat, sed etiam satellitio, quem Romuli tempore præfectũ celerum nominabãt, & satellites ipsos Celeres. *Agr.* Qui-

Qui in limitibus regni constituuntur in præsidio.

Quinam sunt illi in vestibus talaribus, magna seueritate vultus. *Hol.* Sunt regij consultores. *So.* Istos quos in consilium adhibet, Princeps prudentissimos esse oportet, magni rerum vsus, & in decernendo, grauitatis, ac moderationis summæ. *Agr.* Qui isthuc? *So.* Quia sunt oculi, & aures Principis, atque adeo regni vniuersi, & eo magis si cæcus at surdus, si rex, captus suis sensibus, vel ab ignorantia, vel à delicijs. *Agr.* Etiamne luscus ille, & ille alter surdaster oculi, atque aures sunt regis? *So* Peior est cordis cœcitas, & surditas. *Hol.* Eos, qui sunt à consilijs, sequuntur scribæ, nec ij pauci, vel vnius ordinis. tum qui pecuniam principalem tractant vel procurant, coactores; tribuni erarij; præfectus fisci procurator fisci, & fisci aduocatus. *Agr.* Qui sunt iuuenes illi comptuli, & festiui, semper regem sectantur, & æstant illi, alij arridentes, alij ore aperto velut admirabundi. *Hol.* Hęc est cohors intimorum amicorum, delicię, atque oblectamenta regis. *Agr.* Duos illos ingredientes, cur assectantur tam multi vultuosi? *Hol.* Quia ijs est apud gregem fides præcipua, alter est præfectus sacri scrinij, siue princeps scribarum, alter à secretis arcanis, apud quem est regni breuiarium, idem est principi à memoria; eaque causa offerunt se illi quotidie tam multis, vt memoriam illius de se referiscent, ac renouent; quandoquidem is est principis memoria. Illi autem qui dicunt vultus, sunt litigatores, quique res suas persequuntur, nec eorum vnquam negotia finē inueniūt, longa cōtexta serire procrastinationē. Duo illi qui deābulāt in porticu, pręfecti sūt alter cubiculo, alter regio equili. habēt hi sub se alios permultos cudicularios, & equisones. Sed regrediamur regiam cœnationem. *Agr.* Ah quanta turba, qui apparatus tam anxius, & morosus? *So.* Id vero maiore cum admiratione fueris intuitus, si scias quam leuem ad rem pertinet: nempe vt sorbeat ouum vnum, & pauxillum vini bibat nauseabundus. *Hol.* Illæ sunt hebdomodæ huius architriclinius cum scirpo. Indico;

pocil-

pocillator est adolescens ille, structor, nondum est ingressus. *Agr.* Qui sunt cum rege pransuri? *Hol.* Quinam esset tam beatus, qui posset epulis accumbere diuum. *So.* At qui olim regiæ mensæ adhibebantur conuiuæ modo duces excitati, modo viri claro genere, alias insignes, vel vsu rerum, vel eruditione quorum sermone rex fieret melior, ac sapiétior. Sed Gothica, & aliorum Barbarorum superbia morem hūc nostrum inuexit *Hol.* Habent proceres asseclas suos armigeros, exoletos, pueros pedisse quos pueros à pedibus, siue è calcari. Sunt inter eos diuities magnificentissimi, qui plerosque excipiunt cœna recta; alij quibus hoc molestum videtur, mittunt amicis sportulas, idque est amicis tenuioribus vtilius, sed recta conuiuari plus habet splendoris. *Agr.* Aliud hominum genus videre mihi videor in illo cœnaculo. *Hol.* Illud est gynæcium, ibi regina habitat cum matronis suis & puellis; aspice vt ingrediuntur, & egrediuntur ex Parthenone, tanquam opus ex alueario, iuuenes amatores, mancipia Cupidinis. *Soph.* Sæpè senes, bis pueri. *Hol.* Nihil est maioris voluptatis, quàm aucire illorũ acutè excogitata dicta, vel poemata cantiunculas, melodias, antelucanas, confabulationes cum puellis: videre solationes ob ambulationes, varietates colorum in cultu, habitus, & formas vestimentorum habent pueros amanuenses, per quos mittuntur, & remittuntur mandata: hi verò nunciant, & renunciant vltro, & citro mandata: qua solertia, diligentia, educatione, diui vestram fidem nudis capitibus flexo poplite, atque etiam positis genibus, audire est, quotidie, & videre aliquid noui, inopinati, acutè, & subtiliter excogitari, vel dicti, animosè, aut dexteræ, aut solutè facti. *So.* Imò dissolutè. *Hol.* Quæ fælicitas maior; quis possit ab huiusmodi suauitate diuelli? *So.* Colax, & tu sine amore insanis, & sine vino ebrius es, quę ineptia potest esse maior, quã ista abs tę descripta? *Hol.* Nescio qui fiat, vt ex scholis videas plerosq. discere, ingressi semel aulam in ea conse-

consenescant. *Soph*. Tanquam qui de Circes populo biberant, amissa mente, & in belluarium ingenium degenerantes, nolebant inde egredi, & ad hominum naturam, ac conditionem redire. *Agr.* At hi omnes, cum se ad suam quisque domum receperunt, quid agunt? quibus se actionibus occupant, vt saltem fallant tempus? *Soph.* Plerique omnes nihil magis addunt serium, quam quod cernis, atque adeo otium illis multorum vitiorum parens est, ac nutricula. Ludunt quidam taxillis, chartis, alueolo, aciebus: alij per occultam detractionem, & artificiosam maledicentiam horas pomeridianas transmittunt, hoc est, quibus domi desidet: aliqui mirificè capiuntur scurris, & planis, in quos sunt profusissimi, in cætera præparci, & sordidi. Sed precipua aulæ corruptela est assentatio vniuscuiusque erga alios omnes, quod que peius est erga semetipsum: ea efficit, vt nullus vnquã, nec à se, nec à socio veritatem conducibilem audiat, nisi fortè in iurgio: quam is tu parum pro veritate accipit, sed pro contumelia. *Holo.*

Teren. in Eun. act. 2. sce. 2.

Hic quæstus est. nunc multo vberrimus.

Tum cum tua veriloquentia esuries strenuè: ego arridendo, adblandiendo, omnia adprobando, & laudando euasi locuples. *Agr.* Non possent hæc incommoda reges corrigere? *Soph.* Perfacilè, vellent modo, sed alijs hi mores placent, quia suorum similes; alij ipsi sibi eas occupationes arcessunt, per quas numquam vacet recti aliquid, aut sani cogitare: non desunt, qui remissis animis, & dissolutis non arbitrantur vllius domus, ac familiæ mores ad curam suam pertinere. quæ non pertinent profecto minus, quam ad vnumquemque nostrum sua domus priuata.

PRINCEPS PVER.

Morobolus, Philippus, Sophobolus.

MOrob. Quid agit tua celsitudo Philippe? *Phi.* Lego & edisco, vt ipse intueris. *Mor.* Intueor sanè. & cum dolore defatigas te, & maceras generosissimum istud corpusculum. *Phil.* Quid ergo agerem?

Moroh.

Morob. Quid alij proceres, principes, viri nobiles, & opulenti: equitare confabulari, cum puellis Augustæ matris tuæ, saltare, discere artem tractandi arma, lusitare folijs, aut pila salire, currere. hæc vides esse studia nobilitatis iucundissima. Quod si tantis oblectationibus fruuntur, qui vix digni sunt, vt in familiā tuam admittuntur; quid te facere conuenit, tanti Principis filium, & hæredem? *Phil.* Quid studium litterarum nihilne prodest? *Mor.* Prodest quidem, sed ijs, qui sunt initandi sacris, aut qui ea arte victum sunt sibi comparaturi: quemadmodum alijs sutoria, alijs textoria, & artes cæteræ quæstuariæ. Surge quæso te, pone libros de manibus, eamus deambulatum. certè, vt respires aliquantisper. *Phil.* Non licet mihi nūc per Stunicam, & Siliceum *Mor.* Qui sunt hi Stuca, & Siliceus? an non subditi tui, in quos te habes imperium, non illi in te? *Phil.* Stunica est educator meus. Siliceus autem institutor litterarius. Subditi sunt illi quidem mei, seu veriùs patris: sed pater, cui ego sum subditus, præfecit illos mihi, & nè illis subiecit. *Mor.* Quid ergo? dedit pater celsitudinem tuam in seruitutem illis hominibus. *Phil.* Nescio. *Morob.* Ah facinus indignissimum; *Soph.* Minimè verò ó fili, imò illos fecit seruos tuos; quos voluit tibi semper adhærere, oculos, aureas, animum, mentem in te vnum defixa genere semper, & relictis suis quéq. negotijs tuum vnius negotium agere: non vt te imperiosè vexent, sed vt rudes tuos mores, boni illi, & sapientes viri ad virtutem, decus, atque excellentiam forment: non quo te reddant mancipium, sed vt verè liberum, & vere principem: quibus si non obtemperaueris, tum demum seruus eris extremæ conditionis peior ijs, qui inter nos versantur, & empti & venditi ex Aethiopia, vel Africa. *Moro.* Cuius tandē esset mancipium, si illis educatoribus morem non gereret? *Soph.* Non certè hominum, sed vitiorum, qui domini sunt importuniores, atque intollerabiliores, quouis homine improbo, & scelerofo. *Phil.* Non

satis

perturbationibus concitatis, incensis, inflammatis, ardentibus? equum non audes attingere, populum poscis. quouis equo ad regendum tractandumq. difficiliorem? Sed missa isthæc faciamus. Vides in hoc flumine illarum cymbulam? nauigatio est iucundissima, atque amœnissima inter prata, & salicta, quæso descendamus in eam; tu sedebis ad clauum, & ages cymbam *Phil.* Ita plane, vt eos subuertam, & demergam, quemadmodum nuper fecit Pimentellus. *Soph.* Ne cymbam quidem gubernare vis in amne tam modico, & tam placido, quia rudis & committis te mari illi, vndis fluctibus, tempestati populorum, inscius, & inexpertus? plane vsu tibi euenit, quod Phetoni, qui auri grandi nescius ardore iuuenili currum patris gnberaandum sibi deposcit. notam esse tibi fabulam reor. Præclare Isocrates, duas res maximas hominum vita dicebat esse principatum, & Sacerdotiũ, quas tamen nemo non expeteret, tanquam dignus, nemo non crederet se rectè posse gubernare tamquã prudentissimus. *Phil.* Intelligo nihil esse conditioni, ac personæ meæ perinde necessarium, vt artem, ac peritiam regendi regni. *Soph.* Probè rem tenes. *Phil.* Quomodo eam assequar? *Soph.* Eduxisti tu illam tecũ ex matris vtero? *Phi.* Nihil minus. *Soph.* Quomodo igitur scies, nisi discas? *Phi.* Nullo modo. *Soph.* Quia igitur fronte audet Morobolus hic esse tibi auctor, vt ea studia reijcias quibus & artis huius peritia, & aliarũ rerum maximarũ, ac plcherrimarum cognitio paratur? *Pib.* A quibus ergo sunt hæc aurienda? *Soph.* Ab ijs, qui ea maximis ingenijs animaduerterunt, atque obseruarunt. quorum alij sunt mortui, alij viui. *Phil.* E mortuis quomodo discendum? possunt ne mortui loqui? *Soph.* Nunquamne fando audiuisti nominari Platonem, Aristotelem, Ciceronem, Senecam, Liuium, Plutarchum? *Phil.* Magna nomina: sæpè & cum ingenti admiratione, ac laude. *Soph.* Illi ipsi, & alij permulti eorum similes, iam olim vita functi, cõfabulabuntur tecum, quoties, & quandiu libuerit,

Phil. Quomodo? *Soph.* Libris, quos ad docendam posteritatem reliquerunt. *Phil.* Quin dantur mihi iam in manus? *Soph.* Dabuntur breui posteaquam didiceris eum sermonem quo possis loquentes illos intelligere Sustine paulisper, atque hanc breuem molestiā præfer, quæ deuoranda est in accipiendis principijs, illico post incredibiles sequentur delectationes: quas qui nondum degustarunt, mirandum non est à litterato studio abhorrere. Nam qui sunt experti, eos citius à vita, quam à labris, & rebus cognoscendis auelleris. *Phil.* Cedo verò, qui sunt viui, à quibus sapientia hæc discenda est, & mens bona? *Soph.* Si iter esse quodpiam initurus, à quibus tandem de itinere percontareris? vtrum ab ijs, qui iter illud nunquam vidissent, an qui aliquando confecissent? *Phil.* Ab ijs scilicet, qui confecissent. *Soph.* Vita hæc nonne est veluti iter quoddam, & profectio perpetua? *Phil.* Sic videtur. *Soph.* Qui ergo iter hoc perambularunt? senes, an iuuenes? *Phil.* Senes. *Soph.* Senes igitur auscultandi. *Phil.* Omnes indifferenter? *Soph.* Acutè rogas non omnes promiscuè: sed quemadmodum de via sic de vita: vti norunt viam, qui eam peregerunt nihil animaduertentes, aliud agentes, animo non minus peregrinante quam corpore; an qui annotarunt diligenter, & attente singula, & memoriæ mandarunt? *Phil.* Mirum hi posteriores. *Soph.* Ergo in consilio de vitæ ratione capiendo non audiendi iuuenes, qui iter hoc nunquam sunt ingressi: quanto minus adolescentes, & quod stultissimum est, atque indignissimū, pueri? neque ad id admittendi senes imprudentes, lasciui, dementes, deteriores pueris; quos diuina oracula execrantur, quod sunt pueri centum annorum. Solis præbendæ aures senibus magni iudicij, vsus rerum, & prudentiæ. *Phi.* Quo signo eos dignoscam? *Soph.* Nimirum ætate ista, fili, nullo adhæc: sed vbi maius, & firmius accesserit iudicium: facilè id cognosces ex verbis & factis, tanquam nota certissima. Interea verò, dum ea ingenij facultate non vales, crede te cun-

ctum,

ctum,& committe patri tuo,& ijs quos tibi pater adiunxit institutores, ac magistros infirmæq. istius ętatatis gubernatores, & quasi manducatores per eam viam, quam tu nunquam inijsti. Nam patri, cui charior est, quam ipsemet tibi, maior est de te cura, quã tibi ipsi; atque ad eam rem non solum suo vsus est consilio, sed hominum sapientum. *Mor.* Nimis diu tacui; *Soph.* Ita planè, præter morem tuum: eamque rem ego iamdudum vehementer demirabar. *Mor.* An non pater tuus Philippe, & Rex Galliæ, & alij magni Reges, ac Principes, sine litteris, & labore isto tam molesto, quem hic teneris tuis humeris inclementer imponit, regna, & ditiones suas regunt, & in officio continent? *Soph.* Nulla res tam facilis est, quæ non fiat difficilis, si inuitus facias. Non est opera litteris impensa laboriosa ei, qui libens eam subit: qui autem inuitus, ei verò, vel lusitare, & in locis deambulare amœnissimis, graue, ac intolerandum est tibi Morobule nugandi auidissimo, & nugis semper assueto, serum aliqiid vel agere, vel audire instar est mortis. vicissim alij complures vitam sibi existimarẹt acerbã, si ad istum modum vitæ suæ rationes instituerunt. Quam multi sunt: in alij s præsertim, quibus nihil est dulcius, quam otium torpens, atque inertissimum at admouere manum alicui operi, tormenti est loco; quam multi vicissim in populis, qui emoriantur citius, quam sic dies omnes vacuos transfigere: & celerius delassentur nihil agendo, quam ab intentione animi in negotium aliquod? Sed vt respondeam tibi de Cæsare, & rege Galliæ audies à me in vniuersum de senibus, quos posui eos esse, qui spatium hoc vitæ decurrissent. Si omnes quotquot viam quampiam peregissent concorditer narrarent se per viam in locum incidisse plenum difficultatis, & periculi, ex quo saucij, & pessimè affecti discesserint; quod si eiusmodi iter rursum essent ingressuri, nihil diligentiùs canerent, qnam illud discrimen: quid tu censes, an non hominis foret amentissimi, cum eadẽ ipse vnà insiste-

Terent. in Heau act. 4. sust. 6.

ret, non recordari tanti periculi non illud deuitare? Phi. Nondum teneo quid velis. Soph. Faciam igitur planius exemplo, finge esse supra flumen istud tabulam angustam pro ponticulo, referant ibi omnes, quotquot eque insidesites tentarint illam transire, decidisse in aquam, addidisse vitæ discrimen, ægrè esse extractos semiuiuos. intelligis ne hoc? Phil. Bellissimè. So. Quid tu iam, an non tibi demnes videre, si faciens illac iter, non ex equo descenderes, & effugeres id periculum, in quod alios venisse audis. Phi. Nimirũ ita agerem. So. Et merito. Quære tu iam ex senibus, quid maxime senserint incommodum in vita, quid eos prætermisisse dol. at, & vehementer pœniteat? omnes tibi vno ore respondebunt, qui aliquid didicerunt, Non plus didicisse, qui verò nihil, Non adhibuisse operam, vt aliquid scirent. In hanc quærimoniam ingressi, non faciunt finem referendi, missos se fuisse à parentibus, aut educatoribus ad scholas magistros litterarum: se tamen vanis delectatiunculis vel lusionum: vel venationem, vel amorum, aut eiusmodi nugarum illectos, amisisse pulcherrimas è manibus discendi occasiones, itaque conqueruntur de fato suo, & sortem suam deplorant, ac semetipsos accusant, damnant interdum quoque execrantur. Vides ergo locum hunc desidiæ, atque ignorantiæ esse in via hac vitæ maxime infestum, & periculosum, vnumque omnium præcipuè deuitandum? quoniam quidem audis tam misèrabiles eorum quærelas, qui in illum sunt collapsi: is est igitur omni cura, & diligentia cauendus, & segnitiæ, otio delitiolis, nugis reiectis, ac spretis, in studia litterarum, cultumque bonæ mentis, tota animi intentione incumbendũ. Tu hac de re patrem tuum roga, tametsi iunenem adhuc & tu Morobulæ tuum iam senem. intelligetis ex eis veram meam sententiam.

LVDVS CHARTARVM.

Seu Foliorum.

Valdaura, Tamayus, Lupianus, Castellus, Manricus.

V*Ald.* Quam asperum tempus, quam rigens, & sæuum cœlum! quam obscœnum solum? *Tam.* Quid nos monet hic cœli, ac soli habitus? *Vald.* Non egredi domo. *Tam.* Quid verò domi agere? *Vald.* Ad lusculentum focum studere, meditari, cogitare de rebus, quæ aliquid emolumenti aderant menti, & probis moribus. *Cast.* Id quidem agendum præcipuè, nec aliquid esse debet homini antiquius. Sed vbi ab intentione illa delassatus fuerit animus, quo diuertet, hoc duntaxat tempore? *Vald.* Alijs quidem aliæ sũt animorum refectiones, ego verò lusu foliorum magnopere oblector, ac recreor. *Tam.* Et hæc temporis qualitas eo inuitat, vt abdamus nos in cubiculum benè clausum, & obsectum vndique à vento, & frigore, lucente camino, mensa posita cũ chartis. *Vald.* An minimè chartas. *Tam.* Lusorios dico. *Vald.* Istud placet. *Tam.* Tum pecuniæ promatur nonnihil, & calculi ad computandum. *Vald.* Nihil opus erit calculis, si minutili adsint nummi. *Tam.* Ego nullus habeo, præterquam aureos, argenteos crassiores. *Vald.* Commuta aliquos ex argẽteis minuta pecunia. heus puer, cape stuferos hos simplos, duplos, semiduplos, triplos à nummulario, cura nobis nũmos minutos simplos, duplos, triplos non maiores. *Tam.* Quam nitidi sunt hi nummi? *Vald.* Nimirum recentes adhuc, & asperi. *Tam.* Concedamus in forum aleatorium, vbi omnia inuenimus parata. *Cast.* Non expedit: nam haberemus arbitros plurimos. Quid refert ludas, illic an via publica Consultius fuerit, vt recipiamus nos in cubiculũ tuũ, & accersamus ex sodalibus aliquot, maximè animo refocillãdo idoneo. *Tam.* tuũ cõclaue est ad id cõmodius. nã in meo cubiculo subinde à pedissequis matris interpellaremur, aliquid sẽper queritãtibus in arcis mũdi mulieribus. *Vald* In cœnatione igitur. *Ta.* Esto ita eamus. Puer siste hic nobis Franciscũ,

Lupianum, & Rhodericum, Manricum, & Zollastrũ. *Vald.* Mane, minimè verò Zoilastrum, hominem iracundum, rixosum, clamosum: calumniatorem, & qui minimis de rebus excitat sępè atroces tragędias. *Cast.* Optimè profectò mones, nã si adolescés talis recreationi se nostræ admisceret, non esset id ludere, sed seriò rixari: accerse igitur pro illo Rimosulum. *Vald.* Neque hũc, nisi velis quæcunque hic fuerimus nugati, ante Solis occasum notũ esse toti ciuitati. *Cast.* Tam bonus est prœco? *Vald.* Etiam rerum, quas sciri nihil attinet: nam res bonas sacratus retinet, quàm mysteria, lusina. *Tam.* Veniat ergo Lupianus, & Mãricus soli. *Cast.* Hi sunt belli sodales. *Tam.* Et mone illos vt adferant secum numulos quicquid est autem seueritatis & serij, domi commendent Philoppono tetrico, veniant, facetis, lepore, gratijs comitati. *Lup.* Salui sitis sodales festiuissimi. *Vald.* Quid sibi vult cõtractio isthæc frontis? exporrigite istos vulticulos an non estis iussi, cogitationes omnes literaturas apud Musæũ deponere? *Lup.* Cogitationes nostrę litterariæ sũt adeò illiteratæ, vt eas Musæ, quę sũt in Musæo, respuãt. *Man.* soluete. *Val.* Salus, vt dubia quãdo ad acies & pugnas vocamini & quidé quibus reges sũt sterfuturi. *Tam.* Este bono animo: Crumenæ impetũtur, non iugula. *Lup.* crumena plerisq. est pro iugulo, & pecunia pro sãguine, ac spiritu velut istis Caribus, quorũ vitę contéptus instrumétũ est regibus ad exercédos suos furores. *Man.* nolo ego esse actor in hac fabula, sed spectator. *Tam.* Qui sic? *Man.* Quia sum informatissimus, semper à ludo discedo victus, & spoliatus. *Tam.* Scis quid dicunt prouerbio aleatores? ibi quærendam esse togam, vbi amiseris. *Man.* Verum, sed periculum est, nè dum togam amissam quæro, perdam & tunicam, & interulam. *Tam.* Accidit quidem hoc non rarò, sed qui non periclitatur: non ditescit. *Man.* Ea est metallicidarum sententia. *Tam.* Imò etiam Iani medij Antuerpiensis. *Vald.* Rectè habet, non possumus nisi quatuor ludere, sumus quinque sortiemur, quis

Iani medij locus est, vbi negotiatores cõgregantur.

erit

erit aliorum spectator. Man. Ego ero sine sortione. Val. Nihil tale. Nulli est facienda iniuria, nou cuiusquam voluntas id decernet, sed sors; cui primus rex obtigerit, sedebit otiosus spectator: & si quid incenderit controuersiæ . iudex . Lup. Ecce vobis fasciculos duos foliorum integros, alter est Hispaniensis, alter Gallicus. Val. Hispaniensis hic non videtur iustus. Lup. Quid ita? Val. Quoniam desunt decades. Lup. Non solent illi habere, vt Gallici. Carthæ enim Hispanę; quæmadmodum, & Gallicæ, in quatuor sunt genera, seu familias diuisæ Hispaniæ habet aureos nummos, carchesia, baculos, enses Gallicæ corda, rhombulos, trifolla, vomerculos, seu palas, seu spicula, est quaq. familia rex, regina eques monas, dyas, trias, quaternio, pentas, senio, heptas, ogdoas, ennas. Gallicæ habent, etiam decades: & Hispanis aurei, & charchesia potiora sũt pauciora: cõtra enses, & baculi. Gallis autem plura sunt semper meliora. Cast. Quo lusu ludemus? Val. Triumpho Hispanico, & distributor retinebit sibi indicem chartam, si sit monas, aut imago humana. Man. Sciamus iam quis erit ludo exclusus. Tam. Probè mones. cedo folia, hoc est tuum, hoc iustus, hoc Lupiani, tu es iudex. Val. Malim te mihi iudicem, quam collusorem. Lup. Bona verba. cur isthuc quæso? Vald. Quia es in ludendo admodũ vafer, & cauillator; tum aiunt te artem tenere componendi folia, vt tibi expediant. Lup. Non habent fraudem mea lusio, sed imperitiæ tuæ industria mea videtur impostura, quod ferè ignaris contingit. Cæterum qui tibi placet Castellus? qui simul ac lucratus est pauxillum pecuniæ, deserit collusores. Tam. Eludere est hoc quidem potius quàm ludere. Vald. Leuius hoc malum nam si vincatur, affixus erit ludo, clauo, plusquam trabali. Tam. Sed lusuri sumus bini, duo contra duos, quomodo erimus comparati? Vald. Ego ludi huius insciens, adhæreo tibi Castelle, quem audio esse callentissimum. Tam. Adde etiam callidissimum. Cast. Non est hic opus delectionibus, sorti

Clauo tra. Horat. lib. 1 ode 35.

sunt committenda omnia, quibus obuenerint plura puncta, aduersus eos pugnabunt, quibus pauciora. *Val* Esto ita, assigna folia. *Man.* Vt optaueram, ego & Castellus ab eadem stamus parte contrarias tuentur partes Valdaura, & Damayns. *Val.* Sedeamus, vti solemus, decussate da mihi illam sellam reclinatoriam, vt quietius perdam. *Tam*. Appone scabella assideamus: iam sortire cuius sint primæ partes. *Val.* Meæ sunt distribue Castelle. *Cast.* Quomodo? à sinistra in dextram more Belgico? an contra Hispano more à dextra in sinistra? *Val.* Hoc more, quoniam ludo Hispanorum vtimur: & reiecistin decades? *Cast.* Etiam quot folia dabo singulis; *Val.* Nouena, sed quænam erit sponsio? *Man.* Terni in singulas manus denarij, cum geminatione sponsionis. *Cast.* Sensim mi Manrice, nimium properas. Non esset is lusus, sed furor, vbi tantam pecuniæ veniret in periculum, quomodo posses tu oblectari in anxietate illa, ne tot nummi tibi pereant? danarij singuli sufficient, & auctus sponsionis erit dimidij, nempè assium quinque. *Val* Rectè consulis ita nec nihil ludemus, quod est insipidum; nec quod doleat, quod est acerbum. *Cast.* Habetis singuli nouena folia? cordium est familia dominatrix, & hæc regina est mea. *Val.* Nescio quã felix est omne hoc, certè est verissimum dominari vulgo corda fœminarum. *Cast.* Define speculationes responde ad hoc, augeo sponsionem. *Val.* Ludum habeo dissipatum, & male cohærentem; cedo tibi. *Tam.* Et ego item distribue tu Manrice. *Val.* Quid agis? non vertis chartam indicem? *Man.* Volo prius meas computare, nè plures, aut pauciores acceperim. *Val.* Vnam habes plus iusto. *Man.* Depona. *Val.* Non est ea lex lusus, sed vt vicem tuam amittas distribuendi, & transeat ad sequentem; cedo folia *Man.* Non faciam quãdoquidem nondum protuli indicem. *Val* Imò facies per Deum. *Cast.* Apage, quid tibi venit in mentem mi Valdaura? Iusiurandum admisces rebus lenissimis, quod vix grauissimis rebus adhiberi conuenit. *Man.*

Quid

Quid tu dicis iudex? *Lup.* Profectò ignoro, quid sit in eo facto statuendum. *Man.* Qualem Iudicem nobis præfecimus, sine iudicio? ducem sine oculis. *Val.* Quid ergo fiet? *Man.* Quid tandem? nisi vt mittamus Lutetiam, qui hac de re adferat nobis aliquod senatus consultum. *Cast.* Misce omnia, & rursum impartire. *Tam.* O qualem ludum mitto de manibus? non obueniret mihi hodie similis. *Cast.* misce probè isthęc folia, & præbeto singulis attentiùs. *Val.* Rursum augeo sponsionem. *Tam.* Num non prædixi, non habiturum me hodie in manibus ludum illi parem? semper sum infortunatissimus cur ego ludum, vel aspicio oculis? *Cast.* Hoc verè non est ludere, sed se afflictare. hoc est refici, & recreari animum? ita concitari: ludum oportet esse ludum, non molestiam. *Man.* Sustine paulisper, ne abijcias folia nam est panicum. *Val.* Responde igitur, an recipias. *Man.* Recipio, & rursum augeo. *Val.* Quid tu speras me ferocibus tuis verbi protelare? non concedo. *Man.* Effare tandem semel, & expedite; admittisne? *Val.* Etiam, & quidem libentissimè, & animus instigat me tali ludo maiore pretio certare, sed istud inter amicos sufficit. *Tam.* Quid verò me non computatis inter viuos? adeo nulla est mei mentio? *Cast.* Quid igitur tu ad hæc. homo fœnee. *Tam.* Ego verò augeo mea ex parte depositum. *Man.* Quid tu dicis Castelle? *Cast.* Nūc me consulis, posteaquam tua opera depositum creuit in immensum: ego incrementum hoc non auderem hoc meo ludo sustinere. *Val.* Responde affirmatè. *Cast.* Non habeo quod sit respondeam, sed valde ambigue, & dubitanter, & cunctabunde, & timide, & diffidenter: estne sic satis expressè dictū? *Man.* Deum immortalē quāta copia? non tā densa nuper cadebat grando. sed quęso te periclitemur paulisper. *Cast.* Experiamur, quāto ita tibi placet, à me verò ne speraris magnā opē. *Ta.* feres tamē quas poteris supplicas. *Cast.* nihil necesse id habes admonere. *Man.* Planē victi sumus. *Tam.* Vicimus dena-

Panicus vanus terror.

denarios quatuor mitte. *Val.* Addo asses quinque. *Cast.* Nescio an eadem, nam scio me certo victum iri. *Tam.* Rursum alteros quinque. *Cast.* Quid tu ad hanc prouocationem dicis? *Man.* Quid dicam fugio? *Cast.* Tu perdidisti proximum ludum; sine me hunc arbitratu meo perdere. Sentio me esse inferiorem, sed sustinendum est quãdiu aliquid videro superesse virium. *Val.* Quid ergo dicis? recusas. *Cast.* Non imò addico. *Tam.* Tu Valdaurano nosti hunc Castellum? superiorem habet ludũ tuo sed ita solet callidus prouocatores illectare in suum rete. Vide nequo progrediaris temere, vbi tenebris irretitus. *Vald.* Diuum fidem quomodo potuisti diuinare foliũ mihi postremum restare huius nationis? *Cast.* Noui omnia folia. *Vald.* Non omnino est isthuc incredibile. *Cast.* Ita planè noui à facie. Val. Forsitan etiam à tergo. *Cast.* Nimium suspiciosus es. *Vald.* Tu me facis. eat hoc cum tua bona venia. *Tam.* Despiciamus num quæ sint chartæ auersæ maculatæ, vnde possint noscitari. *Val.* Faciamus quæso vos, ludendi finem: angit me hic ludus tam infeliciter credendo. *Cast.* Vbi voles; sed fortasse non in ludo est vitium, sed in tua imperitia, qui nescis ludum scienter ad victoriam accommodare, sed iacis folia absq. arte, vt sors tulerit: ratus nihil interesse, quid prius, quid posterius mittas, quis quo loco sit iacturus. *Tam.* Omnium rerum est satietas in voluptatem, & ego defessus sum iam sedẽdo, assurgamus aliquantisper. *Lu.* Cape testudinem hanc, & aliquid nobis cantilla. *Tam.* Quid tandem? *Lu.* De ludo quippiam. *Tam.* Carmen Virgilij? *Lu.* Isthuc ipsum: aut, si maius, viuis nostri, quod ille nuper canebat deambulans in pomœrio Brugensis. *Vald.* Anserina voce. *Lup.* Cane tu olerina. *Tam.* Deus meliora: nam olor non canit nisi fato iam vrgente.

Satietas in Socratis sentẽtia ad Demonicum.

Ludunt, & pueri ludunt iuuenesq. senesq.
Ingenium, grauitas cani prudentia luctus
Denique mortalis, sola virtute remota,
Quid nisi nugatrix, & vana est fabula, vita?

Vald.

Vald. Possum vobis confirmare, esse carmen bene ex- pressum, tanquam ex spongia arida. *Lup.* Tanta cum difficultate componit carmen? *Vald.* Magna: siue quod raro, siue quod non libenter, siue quod ali ō fert eum ingenij pronitas.

LEGES LVDI.

Varius dialogus de vrbe Valentia.

Borgia, Scintilla, Babanillus.

BOrg. Vnde tu iam nobis scintilla iucundissime? *Scin.* Lutetia. *Borg.* Qua tandem Lutetia. *Scin.* Qua tandem quærit: quasi sint multæ. *Borg* Etiam si sit vnica, ea quæ nam sit ignoro: aut vbi sita. *Scin* Lutetia Parisiorum. *Borg.* Parisios nominari audieram, & quidem sæpe Lutetiam, nunquam est ergo Lutetia, quos nos Parisios dicimus. Ea igitur est causa, cur tu tamdiu nullus es vi sus Valentiæ, & potissimum in Sphœristerio nobilitatis. *Scin.* Alia ego vidi sphœristeria Lutetiæ, alia gymnasia, alios ludos, longe istis vestris vtiliores, ac præstantiores. *Borg.* Et quos, quæso? *Scin.* Triginta gymnasia, plus, minus in Academia illa, omni eruditionis, scientæ, & sapientiæ genere referta, doctos præceptores, iuuentutem studiosissimam, & optime moratam. *Borg.* Vulgus scilicet hominum. *Scin.* Quid tandem vocas vulgus? *Borg.* Fæcē plebis, filios sutorum, textorum, tonsorum, fullonum & eiusmodi artificum, atque operariorum. *Scin.* Vos hic, vt video, ex vestra hac ciuitate metimini orbem vniuersum, & eosdem tota Europa existimatis esse mores: quos hic dico iuuentutem illic esse frequentissimam, principum, procerum nobilium, & hominum locupletissimorum, non ex Gallia modo, sed ex Germania, Italia, Britannia, Hispania, Belgia, admirabiliter addictam studijs literarum, parentem institutorum præceptis & iussis: quorum mores non simplici tantum admonitu formentur, sed acri reprehensione, cum est opus etiam castigatione, plagis, verberibus, quæ omnia & accipiuntur, & perferuntur animis moderatissimis, & vultu modestissimo.

Cab. Audiui sæpenumero eiusmodi narrari mihi cum ageres in Gallia legatus Fernandi Regis. Sed omitte quæso nunc ista, aut differ aliud in tempus, vides nos esse in ludo Miraculi, cui est proximum Carossorum hoc age: de pila sit iam sermo, oblectandi nostri gratia. *Scin.* Amabo ne assideamus, sed deumbulantes colloquamur, quæ fuerit collibitum: qua ibimus? hâc per D. Stephani, an illa ad portã regalem, & visemus in regia Fernandum Ducem Calabriæ? *Cab.* Ne forte optimi principis interpellemus studia sapiētiæ. *Borg.* Præstabit mulas accersere, vt vehētes loquamur. *Cab.* Ne amittamus quæso vsum pedum, & crurum, tempus est siduum, ac serenum, & aura frigidiuscula, satius erit pedestres quam equestres incedere. *Borg.* Eamus hac igitur per Diui Ioannis Hospitalis, ad vicũ marinum. *Cab.* Spectabimus obiter decoras formas. *Bor.* Apage de istes, erit dedecori. *Scin.* Maior est mea sententia dedecori, viros pendere de iudicio puellarum rudiũ atque ineptarum. *Cab.* Visne recta eamus per plateam Ficus, & diuæ Theclæ. *Scin.* Non sed per vicum Tabernæ gallinacei, nam in eo vico cupio videre ædes in quib. natus est Viues mens. sunt enim, vt accepi descendentibus ad sinistram postremæ in vico; & inuisam eadem operas sorores eius. *Borg.* Omitte nunc quæso muliebres visitationes, si mulierem vis alioqui eamus potius ad Angelam Zabatam cum qua erunt confabulationes litteratæ. *Cab.* Vtinã si id cupitis, adesset Marchiona Zeneti. *Scin.* Si vera sunt, quæ de illa, cum essem in Gallia audiui maius est id argumentum, quàm vt de illam tractari leuiter, & ab aliud agentibus vel possit, vel debeat. *Borg.* Ascendamus ad Diui Martini, an descendamus per vicum Valesij ad plateam villæ Rasæ? *Cab.* Hac, inde ad sphœristerium Barzij seu manis Masconorum. *Borg.* In Gallia habetisne ad hunc modom ludos in publico? *Scin.* De alijs Galliæ vrbibus non possem tibi respondere, Lutetiæ scio nullum esse: sed in priuato multa, velut in suburbijs Diui Iacobi, Mar-

celli,

celli. Diui Germani. Cab. Et in ipsa ciuitate famosissimum, quod vocant Bracchæ. Bor. Luditur eadē illic ratione, qua hic? Scin. Eadem prorsum, nisi quod magister ludi præbet illic calceos, & pileos luxuriosos. Borg. Cuiusmodi sunt? Calcei sunt coactilitij. Bor. Non essent hic vtiles. Cab. Videlicet in via lapidosa: in Francia verò, & Belgica luditur super pauimentum lateribus constratum, planum, & æquabile Scin. Pilei sunt æstate leuiores, in hyeme autem crassi, profundi cum offendice sub mento, ne in agitatione vel elabantur ex capite, vel dedicant in oculos. Bor Offendimento hic non vtimur, nisi cum est ventus vehementior, sed quales habent pilas? Scin. Nullos ferè folles, vt hic: sed sphœrulas minores vestratibus, & multo duriores ex corio albo, tormentum est, non vt in vestris lanugo è pannis tonsa, sed pili ferè canini: eamque ob causam rarò luditur palma. Bor. Quomodo ergo, percutiunt etiam pugno, vt folles? Scin. Ne sic quidem, sed reticulo. Borg. Confecto ex filo? Scin. Ex fidibus crassiusculis, quales ferè sunt sextæ in testudine. habent funem tensum, & reliqua vt hic in ludis domesticis sub funem misisse globulum: vitium est seu peccatum; signa sunt bina, seu mauis metas: numeri quaterni quindecim, triginta, quadragiutaquinque seu antegressio, æqualitas numerorum: victoria, quæ est duplex, vt cum dicitur vicimus signam, & vicimus ludum. Pila autem vel ex volatu remittitur, vel ex primo resoluto; ex secundo enim ictus est inualidus, & ibi fit signum. vbi pila est percussa. Borg. Num sunt aliæ lusiones, quàm sphœræ? Scin. In ciuitate, quot hic, aut plures: sed inter scholasticos nulla alia permissu magistrorum exercetur, sed interdum clam luditur folijs, & aciebus, pueruli talis, nequiores taxillis. Nos institutorem habeamus Anneum, qui obscœno die, lusum foliorum concedebat. sed de illo, & in vniuersum de lusione omni tulerat sex leges quas descriptas in tabella appenderat in cubiculo.

Folles nos dicimus palla à vento, vel pallone.

Sextæ, quæ sextum occupāt ordinem quas nos dicimus li bassi.

Shara, vt nos pal lae

Bor.

Bor. Ne graueris rogo te, & eas nobis referre, quemadmodum alia fecisti *Scin.* Pergamus deambulare. Nam incredibili teneor desiderio patriæ aspiciendę, tam diu à me non visæ. *Bor.* Conscendamus mulas, vt ambulemus commodius. tum etiā honestius. *Scin.* Honestam hanc non emerim crepitu digitorum. *Bor.* Ac ne ego quidem, verum fatear, manum ob eam mouerim, sed nescio quo pacto magis id videtur decere nostras personas. *Cast.* Isthuc, quidem rectè: sed sumus tres, & in angustis vijs aut hominum frequentia disiungeremur, vnde necesse esset vel interrumpi sermonem. vel multa semper à nostrum aliquo non exaudiri, neque intelligi. *Bor.* Esto sane ita, pergamus pedestres: ingredere per angiportum hunc ad plateam. Pegnarogiorum. *Scin.* Optime. inde per fabros clauiles ac virum dulciarum, tum ad forum fructuarium. *Bor.* Quin potius litorium. *Scin.* Vtrumque est qui libentius oleribus vescuntur, vocent olitoriū, qui fructibus; fructuarium. amplitudo fori, quæ descriptio vendendum & rerum venum expositarum: qui edor ex fructibus; quanta varietas, mundities, nitor: non possunt horti excogitari hu ic foro, pares, quæ autem ædilis nostri, & eius ministrorum solertia, & diligentia, ne quis emptor fraude à venditore capiatur. Estne ille, qui mula vehitur, Honoratus Ioānius? *Caba.* Non vt arbitror; nam vnus ex meis pueris qui eum modo conuenit, reliquit illum abdentem se in bibliothecam suam, qui si sciret nos vna esse, non deesset, aut dubiè nostro sermoni, & nostris ludis seria sua posthaberet. *Borg.* Profer tandem leges. *Scin.* Extricemus nos ab hac turba per plateam Diuæ Virginis redemptoriæ, ad vicum funalis, & Diui Augustini, vbi minor est frequentia. *Caba.* Ne discedamus tam procul ab vrbis corpore; ascendamus potius per vicum Cruminarium ad cliuum, inde ad vicum Militarem, & ædes familiæ vestræ Scintilla, cuius parietes lugere adhuc videtur mihi heroē illum comitem Oliuarum. *Borg.* Imò luctu deposito, talem inuenem

nen in tanti senis locum succcessisse serio triumphāt. *Scin.* O quam iuuat intueri curiam, & quadruplex forum præfecti vrbis quod iam ferè familiæ vestræ Cabaniliæ hæreditarium videtur, viuile, criminale, & tercentum solidorum: quæ ædificia: quæ feces vrbis! *Bor.* Nusquam potes rectius leges ferre, quam in foro & curia, edè tandem. Nam de laudibus, seu de admiratione potius nostræ ciuitatis, alias erit dicendi locus aptior. *Scin.* Prima lex, quando ludendū. Homo propter res serias est conditus, nō propter nugas, & lusus autem reperti, ad reficiendum animum lassium à serijs. tunc igitur ludendum, cum animus, aut corpus erit defatigatum. nec aliter sumendum, quam somnus, cibus, potus, & alia, quæ vires renouant ac reficiunt. alioqui in vitio est quemadmodū alia, quę nō suo fiunt tempore secundo lex, cum quibus ludendum. Quemadmodum facturus iter aut iturus ad conuiuium, diligenter despicis qui sint futuri sodales, aut comites: sis in ludo animaduertendum, cum quibus ludes, vt sint homines tibi noti, nam in ignotis magnum est periculum, & verum prouerbiū Plauti: Lupus est homini homo, qui, qualis sit non nouit. sint etiam belli, festiui comes, cum quibus periculum non sit. ne rixeris aut pugnes, aut aliquid, vel facias, vel dicas turpiter, atque indecore. ne sint blasphemi in Deum, aut peieratores; non in dictis spurci, ne quic ex contagione efficietur tuis moribus prauum, aut flagitiosum. denique sint ij, qui non aliam ad ludum mentem adferant, quam tu, nempè vt à labore conquiescat & leuetur animus. Tertia lex quo ludo. Primū, nota, nam in ignoratione nō potest subesse delectatio, nec ludentis, nec collusorum, nec spectatorum, deinde quod simul animum reficiat, & corpus exereat, siquidē tempus, ac valetudo patitur. Sin secus, ludus sit in quo non omnia possit mera sors, insit etiam peritia, quæ possit casum corrigere. Quarta lex, qua sponsione Nec vlla sponsione, quod est fatuum, & celerrimè exsatiat: nec ita magna, quæ

In Asin. act. 2. sc. 7.

in

in ipsa lusione inquieter animũ, & si vincaris, mordeat ac discruciet: non est is lusus, sed carnificina. Quinta lex, quemadmodum, vt antequam ad ludendum assideas, reputes te ad refocillandũ animum venire, in cuius aleam conijcias pauculos nũmos, hoc est, emas illis refectionem defatigationis cogita esse sortẽ, hoc est variam, incertam instabilem, communem: nullam idc irco tibi fieri iniuriam, si perdas; vt id feras ęquo animo, ne contrahas vultum, & suffundas eum tristitia: ne prorũpas in conuicia, & maledicta, vt adeuersus collusorẽ, aut quempiam expectatoribus: si lucrifacias, nè sis in collusorem insolenter dicax, prorsum toto ludo sit comis hilaris, facetus, iocosus, citra scurrilitatem, & petulantiam: ne des significationem vllam fraudis, sordium, aut auaritiæ in contentione ne sis pertinax, minimè omniũ iurator, memorem illam totam (etiam si meliorem causam habeas) non esse tanti, vt nomen Domini adferas in te stimon inm. Spectatores memineris esse velut iudices ludi, si quid illi pronũciarit, cedito: nullãm edẽs notam improbationis hoc modo & lusus sit delectatio; & probi adolescentis grata est educatio ingenua. Sexta lex, quandiu ludendum. Quoad sentias animũ renouatum iam, & reparatum ad laborẽ, & vocat hora ad negocium serium. Qui secus faxit, improbè factum videri, velitis Quirites, iubeatis Bor. *Cab.* Sicut rogauit.

CORPVS HOMINIS EXTERIVS.

Durerius Pictor, Grynæus, Velius.

D*vrer.* Facessite hinc, nam vos nihil emetis, sat scio estis mihi impedimento, quominus accedant emptores proprius *Gry.* Imo vero nos volumus emere, modo vel prætium relinquas nostro arbitrio, & tempus ipsæ præscribas, aut contra nos tempus, tu prætiũ. *Dur.* Bella negociatio, mihi nihil est opus tricis eiusmodi. *Gry.* Cuius est hæc imago, & quanti indicas? *Dur* Imago est Scipionis Africani: & indico Sestertijs nummis quadringentijs, aut non multo mi-

to minoris. *Gry.* Quæso te, priusquam verbo vno eã addicas nobis, examinemus artem picturæ: & hic Velius est se squiphyucus peritissimus humani corporis. *Dur.* Iamdudum intelligo mea vobis intricari, sed interea, dum mercatores nulli adsunt nugamini quantum liberit. *Gry.* Nugas tu vocas peritiam artis tuæ? quid faceres alienæ? *Vel.* Primum omnium verticem contexisti capillis multis & planis, cum vertex dicatur quasi vortex, a vertendis capillis, vt in fluuijs videmus, cum aqua se conuoluit. *Dur.* Inepte, non consideras eum esse male pexum, more illorum temporum? *Vel.* Brechma habet inæqualiter deflexum. *Dur.* Acceperat vulnus miles ad Trebiam cum seruauit patrem. *Gry.* Vbi tu id legisti? *Dur.* In Decadibus Titi Liuij Amissis. *Vel.* Tempora sunt nimis tumentia. *Dur.* Caue essent signum dementiæ. *Vel.* Occipitum vellem videre. *Dur.* Verte tabulam. *Gry.* Cur dixit Cato inter cætera oracula. Frõs occipitio prior est? *Dur.* Quam estis fatui: an non in quouis homine prius cernis frontem quam occiput? *Gry.* Quosdam prius video auersos quam aduersos. *Dur.* Et ego libẽter, vt tales emptores & milites *Vel.* Cato sensit, præsentiam domini potiorem esse ad curationem rerum quam absentiam, cæterum curãtias adeo longas? *Dur.* Loqueris de his caproneis? *Vel.* Etiam *Dur.* Non habuerat multis mensibus tonsorẽ ad manum, velut in Hispania. *Vel.* Glabellam hanc cur contra ipsius verbi etymõ fecisti hyrtam? *Dur.* Tu ipse vulsellis pilos derrahito. *Vel.* Et vibrissas extantes extra nares, sed tu, quæ tua est versutia, culpam abs te reijcis in tonsorem. *Dur.* In scie, non animaduertis eos fuisse ætatis illius mores, seueros, tristes, rusticanos? *Vel.* Imperite, non legisti Scipionem hunc ex omnibus suis temporis hominibus, excultissimum, & politissimũ fuisse, & amantem elegantiarum? *Dur.* Expulsus est, cù exularet Linterni. *Gry.* Supercilium hoc est grande, & conueniens Latio: cilium habet nimis cauum & genas depressas. *Dur.* Ex vigilijs castrẽsibus. *Gry.*

Plutar. in Annib. & in Scip.

De re Rustic. cap. 4.

Tu non solum es pistor, sed thetor valde versatus in translatione criminum. *Dur.* Et vos, quantum intelligo, in criminationibus. *Vel.* Males habet nimiũ tumentes, & buccasiltas. *Dur.* Instat classicum. *Gry.* Et tu inflabas calicem, cum hæc pingeres. *Vel.* Imo vero vtrem, sed alibi fecisti pilosum, palpebras fere nullas appinxisti. *Dur.* Ex morbo illi deciderunt. *Gry* Quo morbo? *Dur.* Quære ab illius medico. *Gry.* Iam ne intelligis, ob tuam tantam imperitiam detrahi debere de summa centum sestertios? *Dur.* Imo ob vestras cauillationes & interrogationes adeo molestas, addi ducentos opportere. *Vel.* Pupillas habet hic glaucas, atqui ego audiui ceruleas habuisse. *Dur.* Et ego cæsias, vt Mineruam bellatricem. *Vel.* Irquos fecisti nimium carnosos, & sinus humentes. *Dur.* Flebat, accusatus a Catone. *Vel.* Manibulæ sunt nimis longæ, & barba de nsissima, ac profusissima: tum pilos dicas setas porcinas *Dur.* Vos sine modo vllo estis loquaces & æcgutuli cauillatores, Abite. hiuc, nam tabulę non fiet vobis amplius copia. *Vel.* Amabo mi Dureri, dũ alios non habes licitatores fine nos hic cauillari. *Dur.* Quà mercede? *Vel.* Adscribemus ambo, hic tibi singula disticha, quo tabula fiat vendibilior *Dur.* Nihil opus est meæ arti vestra commendaticne; nam periti emptores. & picturæ intelligentes, non emunt versus; sed artificium. *Vel.* Sed nares habet nimium patulas. *Dur.* Erat iratus accusatoribus. *Vel.* Non videmus valsecutis. *Dur.* Latet. sub barba, àc ne mentum quidem cernitis, neque authereonem. *Gry.* Horum omnium fecisti tu compedium, beneficio grandis barbæ *Vel.* Collũ placet mihi rectum, & musculosum, item inguli. *Dur.* Gratulandum est superis, quod tibi aliquid probatur. *Vel.* At ne nihil in hoc quoque desiderem, iugulos non habet satis canos, quod in Socrate Physiognómen annotat, tum, tardi esse ingenij signum pronuntiauit. Armos istos voluissem paulo, erectiores, & ampliores. *Dur.* Non tã erat miles bellator, quã imperator. Non audisti apophtegma

Anthereo buccula sub mento.

phtegma hnius, de quo cum milites, quidã dicerent nõ adeo eum esse valentem militem. ac imperatorẽ sapientem: is respondit. Imperatorem me genuit mater mea, non militem. Sed discedite, si non estis empturi.: nam video accedentes quosdam negotiatores publicanos. *Vel.* Eamus deambulatũ, & inter nos de humano colloquemur corpore, sine Scipione ac tabula. Simus nasus non decet generosam faciẽ. *Gry.* Quid bosimus, qual es fuerunt Hunni? *Vel.* Apage mõstra. *Gry.* Silones non sunt minus deformes. Persæ aliquos venerabantur, propter Cyrum, quem ferunt ea fuisse forma. *Vel.* Ancon & cãpe sunt in brachio quod in crure poples;, & genu lacertus inde vsque ad manuum, à cuius masculis etiã crura dicuntur lacertosa. *Gry.* Nonne iste est cubitus, vt apud mensores? *Vel.* est is quidem cubitus, & ancon ipse cubitus. *Gry.* Vnde ergo rex Romanus Ancus? *Vel.* Ab incuruo cubito. *Gry.* Manus sequitur; maximum omnium instrumentorũ, secta in digitos, pollicem, indicem, mediũ siue infamem, minimo proximo, minimum. *Vel.* Cur medius infamis? quid designauit flagitij? *Gry.* Institutor noster dixit se quidẽ scire causam, nolle tamen edisserere, quod esset turpis, Ne quæsieris igitur non enim decent bonæ indolis adolescentes turpia scrutari. *Vel.* At qui minimo proximum. Græci appellant, quasi annularem. *Gry* Ita planè: sed sinistra; non in dextera, quod in eo soliti essent olim annulos gestare. *Vel.* Qua de causa? *Gry.* Aiunt corde protedi illuc vena, quæ cũ annulo redimitur, velut cor ipsum coronatur Nodi digitorum sunt condyli, & pro pugni percussu vox ea vsupatur: inter nodos sunt internodia, & generali verbo arrus atque articuli Tyberium Cęsarem memoriæ produnt tam firmis fuisse digitorum articulis, vt digito recens malum terebraret. *Vel.* Didicisti chiromantiam? *Gry.* Nomen quidam ipsum audierã. Quid ita? *Vel.* Diuinasses hic nobis aliquid ex incisuris. *Gry.* Negaui me scire: & res attentius manum tuam cõtemplater, libenter me auscultares, & homi-

 eiusce

eiusce imposturæ imperitissimo fidem non omnino abrogares. *Vel.* qui sic? *Gry.* Quia id est hominum ingenium, vt libenter eos audiant, qui se recondita vel euentura profitentur enunciaturos. *Vel.* Vnde sũt scæuole? *Gry.* Quasi scæuæ à scæua, quæ est sinistra. Aiunt in sexu fœmineo esse scæuas plures, quam in nostro. *Vel.* Quæ est vola? *Gry.* Cauum manus, vbi incisuræ. *Vel.* Quid inuolare? *Gry.* Id quod tu agis: libenter furari, surripere, quasi vola absco ndere, & quod rabiosa Lucretia, inuolare in oculos dedisse quarum. Reliquum corpus dempto capite est truncus, & ex trunco thorax concauum pectoris vsque ad ventriculum & costa: concauum quidẽ interius. nam exterius inter brachiia, & pectus sinus est. Sub ventriculo est venter, & in ventre imo pecten, & pudenda. *Vel.* An non pudendus magis podex siue anus. *Gry.* Vtrumque pudendum: posterius ob turpitudinem, anterius ob flagitium, & dedecus. Femur, & vt olim loquebantur, femen, nunc malũ t pluratiuè fęmina à genu est crux, cuius os tibi dicitur carnosũ verò illud posteriùs sura postremo pes manu i nõ absimilis; nã & digitos habet, & volã quæ vestigiũ dicitur, & solũ pedis. *Vel.* Quid nũ nõ vestigiũ quod à pede imprimitur? *Gri.* Et illud ipsũ, & solũ pedis. *Vel.* Nostin quæ sint in corpore virtutum sedes? *Gry.* Quæ tandem. *Vel.* In fronte pudor, in dextra fides, in genu misericordia. *Gry.* Planta pedis non est ipsum solum pedis? *Vel.* At sic putant multi, *Gry.* Atqui Plinius scribit esse gentem, quæ sibi vmbram faciat in meridie planta pedis, quam habent vastam ad modum atque enormen, qui fieri id potest? *Vel* Profecto plantam est à cruri vertebra ad digitos.

Inde dicuntur scicpeda Vide l. 7 c. 2.

EDVCATIO.

Flexibolus, Grympharantes, Gorgopas

Varro Flexibula.

FLex Quanam gratia misit te huc ad me pater tuus. *Gry.* Dixit esse hominem egregiè institutum, sapienter educatum, eaque de causa gratum huic ciuitati, cupere se, vt ego eisdem, quibus tu

vesti-

vestigijs insistens, perucniam ad similem fauorem populi. *Flex.* Quomodo igitur te id assecuturum censes? *Gry.* Ingenua educatione, quali te omnes prædicant esse præditum. Adiecit pater, eam educationem magis dicere me, quam alium quemuis. *Flex.* Cedo mi fili, quomodo ea in re venis à patre imbutus? *Gry.* Non tam me pater præceptis instruxit, quam patruus quidem meus, vir senex, versatus multum, & diù in regum comitantibus. *Flex.* Quid ergo illi te docuerunt mi fili & amice? *Gorg.* Vide vir prudentissime, ne fortasse per ignorontiam labaris in dictum aliquod, aut factum stultum, vel rusticanum, vnde amittas istud nomen optime educati. *Fle.* Quid? tam leuiterne apud vos perit. *Gor.* Vel vnica vocula, vnico flexo poplitis, vnica inclinatione capitis. *Flex.* Nimis est inter vos delicatum, & infirmum, inter nos enim multo est robustius, & firmius. *Gor.* Sic sunt nostra iudicia, vt nostra corpora, quæ nullam fuerunt offensionem. *Flex.* Imò, vt est videre, facilius ferunt corpora quam animi. *Gor.* Fortassè tu non nosti hunc, ideo filium, & amicum nominas. *Flex.* An non sunt hæc honesta nomina, & plena beneuolétię? *Gor.* Beneuolétiæ credo, quã nos haud magni sanè facimus: sed nõ reuerétiæ, neq. officij quæ nos anxie vexamur; nã hic dominus solet appellitari non amicus. An nõ animaduertis domini præfationé ante prępomẽ. & famulos versiculores? nõ annotasti in aui huius solemnlbus parentalibus, tot ccreos, tot insignia, tot homines ęratos? *Flex.* Quid ergo? affectas tuas tu omnibus esse dominus, nulli amicus? *Gry.* Ita docuerunt me propinqui mei. *Flex.* Edatiam, mi domine tua excellétia præclara illa tuorum consanguineorum documenta. *Gor.* Videris tu mihi puerũ hũc naso suspédere, at nõ est quilibet, ne feceris. *Gry.* Primum esse ex honestissima progenie, quę nulli cedat per vniuersam hanc prouinciam, idcirco curaudum mihi diligenter atque amittendum, ne degenerem à maiorum meorum virtute: illos parasse sibi magnum

 decus,

decus nemini concedendo de loco, de dignitate, de auctoritate, de appellatione; me idem debere facere. Si quis quid velit de honore detrahere, pugnandum statim cum eo; de pecunia oportere esse largum atque adeo profusũ, in honore astrictum & attentũ; decere nihilominus me ac mei similes assurgere alijs via cedere, ducere, reducere, nudare caput, poplitẽ incuruare: non quod alius quispiam id mereatur à me sibi exhiberi, sed quod sic conciliabo mihi fauorem hominum; captabo auram popularem, & parabo illum, quem tantopere gestamus semper in ore & in corde honorem in ea educatione situm esse discrimen nobilis, & ignobilis, quod nobilis ad illa omnia dextere prę standa institutus est atque assuefactus ignobilis agresti more nihil eorum doctus est facere. *Flex.* Et excellentię tuæ, domine, qualis videtur eiusmodi institutio? *Gry.* Qualis vero? nisi multo optima, & digna meo genere. *Flex.* Quid ergo est aliud, quod à me requiras? *Gry.* Nihil plane, restaret mea sententia, nisi accessisset voluntas patris, qui iussit prorsus, seu verius impetrauit rigide, vt ad te venirem vt si quid in hac educatione nosses magis recũditum, & quasi mysterium socratius, quo maius mihi decus acquirerem, in gratiam sui ne grauaueris exponere, quo familia nostra alioqui honestissima, & celsissima altius ascenderet: quoniam sunt non pauci noui homines, qui freti sua opulentia, nactique dignitatem, & honores per diuitias, emerserunt, adeo, vt etiam audeant cum vetustate & decoribus gentis nostræ contendere. *Flé.* Facinus nefandum. *Gry.* Nonne? *Fle.* Vel cæco esset clarum. *Gry.* Itaque noui illi homines ambulant comitati longo asseclarum ordine, ipsi segmentati in vestibus, vel bombycini, villosi, intercisi, vel texti Attalici, vt nos nihil esse præ illis videamur, qui villato vestimur, dissimulandæ paupertatis gratia. Præmium autem huius tui laboris, si operam hanc nauaris patri, erit, recipi te in numerum nostræ familiæ, & admitti ad illius gratiam, & meam,

vt procedente tempore aliiquod à nobis accipias beneficinm. iisque semper in nostra clientela, & quasi tutela. *Fle*. Quid potest dici amplius, aut optabilius? Sed cedo iam, si aperias caput ad cedas via, & loco, appelles blandè, quam ob causam eris gratus ijs, quibus cum versabere? *Gry*. Ob eam ipsam causam, quia hæc ago. *Fle*. Isthæc omnia exteriora sunt solū signa, quæ denotant aliquid esse in animo tuo, propter quod diligar, nam ipsa per se nemo diligit. *Gry*. Quidni diligant omnes, quæ sunt honestæ conuersationis, in mea præsertim nobilitate? *Fle*. Parum admodum es progressus, quod liceat inter nos dicere; & tu te peruenisse iam arbitraris ad summum. *Gry*. Nihil necesse habeo parare mihi litteras, atque eruditionem; maiores mei reliquerunt mihi vnde viuā; quod etiam si desit, non istis est mihi artibus quærēdum, tam ignobilibus: sed hastæ cuspide, & ense distincto. *Fle*. Animosè isthuc quidem & ferociter, quasi verò quia es nobilis, non sis futurus homo. *Gry*. Bona verba. *Fle*. Ecqua tandem parte tui es homo? *Gry*. Me toto. *Fle*. An corpore, quo non differs à belluis? *Gry*. Minimè. *Fle*. Non ergo te toto. ratione igitur, & mente. *Fry*. quid ni? *Fl*. Si hanc ergo finis incultam, & syluestrem, excolis autem corpus, & illi vni studes, an non transis ab humana in ferinam conditionem? Sed ad id, de quo cœperamus loqui. nam hæc digressio, si vellem mihi indulgere, longissimè nos à proposito abduceret. Verum cum tu cedis de via, & nudas caput, qualem te esse alij existimant? *Gry*. Nobilem & generosè informatum atque institutum. *Fle*. nimium durus es. nihilne domi audisti de animo, de probitate, de modestia, de moderatione? *Gry*. in templo nonnunquam audiui de concionatoribus. *Fle*. Cum illa abs te vident occurrenter fieri, iudicant te esse adolescentem modestum, probum, bene de ipsis iudicante, de te autem moderatè, qua ex opinione nascitur beneuolentia, & fauor. *Gry*. Explicatius id quæso. *Fle*. Huc pertinet mea ratio:

si te homines existimarent adeo superbum, vt se omnes contemneres præ te, nudare tamen caput, & genuflectere, non quod ipsis is honor debeatur, sed quod te deceat; putas ne vllum fore, qui tibi haberet gratiam, aut te de honoris illa falsa simulatione diligeret? *Gry.* Quid ni? *Fl.* Quia id tu tibi præstas, & tua gratia facis non illorum, quis enim iudicabit se deuinctum tibi de eo, quod pro te ipso feceris nō pro se? an ego honore eum velut mihi impensum accipiam, quem tu tribuis opinioni de te, nō meis meritis. *Gry.* Ita videtur. *Flex.* Ergo paratur beneuolentia, si illi credant sibi honorem illum dari non vt tu habearis comior ac nobilior, istud verò non fiet, nisi eam de te induant opinionem, quòd tu illos esse potiores ducas te, & dignos quibus tu concedas. *Gor.* At non est ita tamen. *Flex.* Quantumcunque hoc sit falsum, in eo tamen necesse est eos falli, alioqui nunquam consequeris, quod tantopere expetis. *Gry.* Quę igitur erit persuadendi via? *Flex.* Facilis, modo animum sedulo aduertas. *Gry.* Profer quæso: nam ea de causa huc sū missus, & eris semper in nostra clientela. *Flex.* Nimis crudum est hoc pomum *Gry.* Quid tu musas? *Flex.* Dico viam esse vnicam si sis talis qualem te credi cupis. *Gry.* Quid isthuc? *Flex.* Si vis aliquid calefacere adfersne fictum ignem? *Gry.* Non, sed verum. *Fle.* Si scinddere, an pictum in tela gladiū? *Gry.* Non sed ferreum. *Flex.* Non est igitur eadem vis rerum verarum, quæ fictarum. *Gry.* Apparet non esse. *Flex.* Nec tu idem efficies simulata moderatione, quod vera. nam falsa ipsa se aliquando produnt, vera semper sunt eadem. In ficta moderatione aliquid aliquando dices, aut facies publice, aut priuatim, cū tibi excides (neque enim semper te, & vbique poteris obseruare) vnde fictus deprehendaris: & quantū prius ignotus diligebare, tantum postea cognitus sis odio, & lōgè plus. *Gry.* Quomodo ego mihi ipse indicam germanam illam animi moderationem, quam tu præcipis? *Fle.* Si persuaseris tibi, id quod res habet, alios

alios esse meliores te Gor. Meliores verò? vbi tandem in cælo credo. nā in terra pares sunt paucissimi, melior nemo. Grym. Sic audiui sæpe de patre, & patruo. Flex. Multum abducit vos à cogitatione veri, nominū ignorantia. Quid tu vocas bonum? vt sciamus: num sit aliquis te melior. Gry. Quid ego scio quid sit bonum? ex bonis esse progenium. Flex. Ignoras etiānum quid sit bonum, & iā tenes quid sit Melius? quomodo perueniſti ad comparatiua, cum nondum positiua didiceris? ipsos autē tuos progenitores quomodo scis fuisse bonos? qua tu id nota cognoscis? Gry Quid negans tu fuisse illos bonos? Fle. Non noui illos quomodo de illorum bonitate possum aliquid in alterutram partem statuere? quæro modo quá ratione assequaris tu fuisse illos bonos? Gry. Quia ita omnes prędicāt, sed quorsum, rogo te, pertinent tam molestæ interrogationes? Flex. Nō sunt molestæ, sed necessariæ, vt accipias quod ex me sciscitaris Gry. Confer quæso te in pauca. Flex. Multis esset id explicandum. cuius tam crassa ignorantia inuolueris, sed quando ita es fastidiosus, dicam breuius, quàm res tanta dici postulat. defige iam oculos tuos in me dum dissero. Qui sunt dicendi eruditi? an non ij qui habent eruditionē qui opulenti? an non qui habent opes? Gry. Indubiè. Fle. Qui ergo boni? num non ij demum qui habent bona? Gry. Ita planè. Fle. Missas nunc diuitias faciamus, quæ nō sunt vera bona, quæ si essent, multi patre tuo inuenirētur meliores, & negotiatores, ac fœneratores præstarent bonitate viros bonos, & sapientes. Gry. Sic videtur, vt dicis. Flē. Expende ergo attentè ac diligenter singula eorū quæ referā. an non est bonū acutū ingenium, sagax, maturū iudicium, integrū, sanum, tum eruditio varia, & magnarum rerum, atque vtiliū prudentia, exercitatio in rebus prę stantibus consiliſt, dexteritas in exequēdis negotiſ. quid tu de istis? Gry. vel sola nomina videntur mihi pulchra profectò, & magnifica, quāto magis res ipsæ? Fle. Age porro, quid sapientia. quid religio pietas in Deum, in patriam, parentes,

parentes, necessarios, iustitia, temperantia, liberalitas magnanimitas, contemptus casuum humanorum & fortis animus in aduersis quid verò ista? *Gry.* Præstantissima etiam hæc. *Flex.* Hæc sola sunt hominis bona. nam reliqua omnia, quæ commemorari possis, bonis & malis sunt communia: atque ea de causa nec bona. quæso manda sedulo memoriæ. *Gry.* Faciã. *Flex.* Peruelim: nam ingenium tuum non malum est, sed non bene excultum. Reputa igitur cum animo tuo, an tu hæc habeas: & si habes, quam pauca, & ea quàm tenuiter. quod vbi examinaueris acutè, ac subtiliter, intelliges tum demum, te non magnis, nec multis esse bonis ornatum, ac instructum, nec esse in populo qui pauciora habeat quàm tu. Nam in multitudine alij sunt senes, qui viderunt atque audierunt multa, habent experimenta rerum plurimarum; alij studiosi qui ingenium discendo exacuũt & expoliunt: alij capessunt Rempublicam: alij libẽter, & diligenter versant scriptores profuturos: alij sunt seduli patres familias: alij alias artes profitentur, & præstant; vel ipsi agricolæ, quàm multa ex arcanis naturæ tenent? nautæ verò, cursum dierum, & noctiũ, naturam ventorũ, positus terrarum, & maris: alij ex multitudine sũt viri sacri, & religiosi, qui numẽ piè venerãtur ac colũt alij res prosperas moderate rexerũt, & fortiter pertulerũt aduersas. qui horũ tu nosti? quid exerces? quid pręstas? nihil omnino, pręter quã illud. Nemo est melior me bono sũ natus genere. Qui potes esse melior qui nondũ es bonus? nec pater tuus, nec aui tui, aut proaui fuerũt boni, nisi hęc habuerũt, quæ recẽsui, quæ an habuerit, tu videris: ego multũ dubito. Sed si habuerũt, tu certè nõ eris bonus, nisi illorum fias similis. *Gry.* Planè terrũisti, & pudefecisti me. non inuenio quod possim vel hiscere in contrarium. *Gorg.* Nihil horum intellexi, tenebras mihi offundisti ante oculos. *Flex.* Nimirum venis ad hæc nimis durus, & longè diuersis opinionibus infectus, & mancipatus. Sed tu adolescens, quo te nunc

tandem

tandem nomine censeus appellandum? dominum, an mancipium? Gry. Mancipium nã si ita est vt differui-sti, & intelligo nihil esse verius complures sunt serui multo potiores, ac præstãtiores me. Flex. Hæc ne leuiter degustes, cõfer te domũ. & solus tecum reuolue, excute, perpẽde. quo magis versaueris, hoc veriora & certiora esse intelliges. Gry. Obsecro te, adijce alia, si qua habes: nam momento horæ sentio me adeo immutatum, vt prorsum videar mihi iam esse alius. Fle. Vtinam contigerit tibi, quod Polæmoni philosopho. Gry. Quid illi contigit? Flex. Vna Xenocratis oratione ex nequissimo, & perdititissimo, factus est sapientiæ ac virtutũ omniũ studiosissimus, euasitque magni nominis philosophus, & Xenocratis in Academia successor: sed tu, mi fili, vbi apertè cognoueris, quãtũ tibi ad bonitatẽ desit, quod alijs multis superest: verè, & ex animo cedes alijs, & in eis honorabis, bonitatem; qua vides illos ornatos, te autẽ carere. Iam & ex reputatione tui ipsius. vilesces tibi, ac sordebis adeò vt nemini occurras tam abiecto, contemptoq. quem non iibi anteponant conscientiæ tuæ mentis. nõ enim adduci poteris, vt credas quemquã esse peiorem te, nisi quod illius malitia & nequitia protulit se foras, tua delitescit cautius. Gry. Quid tum sequetur? Flex. Hæc si feceris veram ipsam, solidamq. ingenuatũ educationem, atque vrbanitatem, seu vt nunc loquimur, aulicitatem assequere; eris gratus, & charus omnibus. Sed id non iam magnifacies. eris autem, quod vnicè tum tibi erit curæ, gratus Deo immortali.

PRAECEPTA EDVCATIONIS.

Budeus, Grympherantes.

QVænam est isthęc tãta, & tã subita mutatio? inter Ouidij Metamor. posset referri. Gry. In peius, an in melius? Bud. In melius mea sentẽtia; siquidẽ ab exteriore cultu, gestu, verbis, actionibus, bonã mentẽ licet ęstimare ac colligere. Gry. est ergo quod mihi possis gratulari, sodalis iucũdissimè. Bud. Ego verò & gratulor tibi, & vt pergas exhortor; magnaq. indices bo-

næ

næ istius frugus, vt capiar incrementa, Deum ac diuos omnes comprecor. Sed ambo ne inuideas familiari tam charo autem adeo præstantem ac præclaram, quæ breui tempore tantum humano pectori probitatis instillet. Gry. Ars & fons riui huius vberrimus est Flexibulus: si eum nosti. Bud. Quis non nouit virum, vt à patre & maioribus natu audiui, ingentis prudentiæ atque vsus rerum, huic ciuitati non notum modo, sed charum, & in paucis venerabilem? O te felicem qui illum proprius audiueris, & sis cum eo familiariter versatus, vnde tantum retuleris fructus ad rectam compositionem morum. Gry. Quanto tu felicior, cui hæc domi nascuntur. quod aiunt? & potes non semel aut iterum, vt ego, sed quotidie, quoties libuerit talem patrem audire maximis. & vtilissimis de rebus sapienter differerem. Bud. Omitte nunc ista: de te & Flexibulo procedat sermo institutus. Gry. Taceamus igitur de patre tuo, quando ita est tibi cordi: redeamus ad Flexibulum. nihil viri illius sermone dulcius, nihil consilijs cordatius, nihil præceptis grauius, prudentius, sanctius. Itaque gestu hoc, quê mihi ille de se præbuit, aucta & incensa est mihi mirum in modũ sitis hauriendi ex tam dulci fonte sapientiæ. Narrant, qui orbem terrarum describunt, fontes esse admirabilis ingenij ac naturæ, alios inebriare, alios ebrietatem tollere, alios stuporem immittere, alios somnum, fontem nunc hanc ego vim habere sum expertus, vt ex bruto efficiat hominem, ex perdito & nequam frugi, ex homine angelum. Bud. Possem ne & ego ex eodem fonte aliquid vel extremis labris delibare? Gry. Quid ni possis? domum tibi, vbi habitet, commonstrabo. Bud. Isthuc quidem alias, tu verò inter deambulandum (aut assideamus si lubet) aliquot mihi refer ex illius præceptionibus, quas optimas esse & potissimas censeas. Gry. Equidem recensebo lubens, cum vt tibi gratificer & prosim, si queam: tu ad meam recordationem. Primum omnium docuit me, debere, vnumquemque non magnificè de se sentire, sed moderatè,

deratè, seu verius demisse. hoc esse optimæ educationis, ac vere comitatis solidum fundamentum ac proprium. Hinc nauare operam, vt animum excolat, atque exornet cognitione rerum, scientia & exercitamentis virtutum. alioquin hominem non hominem esse, sed pecus. Rebus sacris interesse cum maxima attensione & reuerentia. Quicquid illic siue audias, seu vieas existimare magnum, admirabile, diuinum, & quæ captum tuum exuperent. Crebro te Christo commendare precibus. in illo spem & fiduciã tuam omnem collocandum, Parentibus obsequẽtem se præbere: inseruire illis, ministrare, & quacũque; valeat comodare, prodesse, adiuuare. Magistrum colere, ac diligere tanquam parenrẽ, non corporis, sed (quod amplius est) mẽtis. Sacerdotes Domini reuereri, illorumq; doctrinę audiẽtem se exhibere, qui referunt nobis personã Apostolorum, atque adeo Domini ipsius Senibus assurgendum, caput nudandum, attentè illos auscultandum, à quibus ob diutium vsum rerum collecta sit prudentia Magistratus honore; illisq; aliquid imperantibus dicto esse audiẽtem, quibus cura nostri à Deo est commissa. Viros magni ingenij, magnæ eruditionis probos suspicere admirabili colore, bene illis cupere, & amicitiam, illorum ad familiaritatem expetere, ex qua magni fructus reportentur: & is potissimum, vt similes eorum euadamus. Denique ijs qui sunt in dignitate, deberi reuerentiam; idcirco impendendam esse liberaliter ac libenter. Quid tu de hisce præceptis dicis? *Bu.* Mea quidem sententia deprompta esse ex diuite quodam prudẽtiæ prõtuario. Sed dic mihi, an non sunt multi ad dignitatem euecti homines indignissimi, velut sacerdotes non respondentes tanto titulo, & magistratus praui, & senes stulti ac deliri? quid quæso de his sentiebat Flexibulus? an eodem esse honore prosequẽdos quo potiores? *Gry.* Non ignorabat Flexibalus, esse tales nõ paucos: sed non concedebat ætati nostræ, vt nos inter eiusmodi & alios Pone-

remus discrimen. nondũ tantum esse nactos nos, vel ingenij, vel prudentiæ, vt id possimus dijudicare; eam censuram & sapientibus esse viris relinquendam, & ijs, quibus illorum est regimen commissum. *Bu.* Rectè hoc quidem, vt videtur. *Gry.* Addebat, non debere adolescẽtem, in nudando capite lentum esse, in flectendo genu, non in vnoquoque honorificè appallando, non in comi sermone, ac moderato. Nec decere multum loqui apud maiores natu, aut superiores. id enim alienum esse à reuerentia illis debita: sed tacitum illos auscultare, & ab eis aurire prudentiam, cognitionem rerum variarum, rectam atque expeditam loquendi rationem. Breuissima est ad sciẽtiam via audiendi diligentia. Prudentis & ingeniosi esse, de rebus iudicare, vniuscuiusque de eo quod probe nouit. Ideoque negabat ferendum esse adolescentem, ad pronuntiandum ac definiendum procliuem debere illum in statuendo, aut iudicando, de re quãtumcũque leui ac exigua, esse conctabũdum, seu potius timidum, conscium videlicet suæ ignorantiæ. Quod si in iudicio de re qualibet par est adolescentẽ esse talem, quid fiet de litteris, de disciplinis, de legibus patrijs, de ritibus, de moribus, atque institutis maiorum? de quibus non solum sententiã ferre iuuenem, sed nec disputare, aut vocare in quæstionem sinebat Flexibulus: non cauillari, non rationem reposcere, sed tacitè ac modestè obtemperare, quod dictum. Platonis auctoritate fulciebat, magni in sapientia viri. *Bu.* Quid si sunt leges, aut mores praui, iniqui, tyrannici? *Gyr.* Idem & de hoc Flexibulus differebat, quod de senibus. Non ignoro equidem, aiebat ille, multos esse receptos in ciuitate mores parum probabiles sanctas esse leges, aliquas iniquas: sed tu imperitus, inexpertus rerum vitæ, quo id censebis? nondum eo perueniſti eruditione & vsu rerum, vt de eo possis statuere fortasse quæ tua est ignorantia vel animi libido improbas esse leges iudicabis, quæ sint rectissimæ, & magno consilio staturæ rursum

ſunt verò optimas, quas iuſtum eſſet abrogare, ſine illos de ijs inquirere, diſputare, definire, qui cauſam nequeunt ſingulis probabilem reddere: tu id non poſſes. Bu. Ita eſt plane Perge ad alia. Gry. Nullum eſſe decentius, aut gratioſius adoleſcenti ornamentum, quam verecundiam. Nihil impudentià tetrius aut inuiſius. Magnum eſſe ætati noſtræ ab ira periculum, ab ea nos turpes actiones, corripi, quarum Paulo poſt grauiſſime pœniteat. Multum itaq; eſſe cũ illa luctandum, quo ad omnino proſternatur, ne eos ipſa proſternat. Otioſus homo, ſaxum, male occupatus, bellua: bene occupatus, verè homo, Homines nihil agẽdo, male agere diſcunt, Cibum & potum metiendum naturali deſiderio famis, aut ſitis, non guloſitate: aut pecunia libidine inſarciendi corporis, Quid poteſt dici tetrius, quã hominẽ ea ingerere in ſuum corpus, edendo, & bibendo, quæ exuant illum humana conditione, traſferant in belluina, aut etiam in ſtipitem: Compoſitio oris, & cuncti corporis, quemadmodũ animus ſit intus habitus, loquitur. Sed ex vniuerſa exteriore facie nullum animi ſpeculum aiebat eſſe certius, quã oculos; ideoq; conuenire, illos eſſe ſedatos & quietos, nõ elatos, nec deiectos: non mobiles, ſed nec rigentes: faciem ipſam non in toruitatẽ, nec ferociam compoſitam, ſed ab hilaritatem atque affabilitatem. Sordes, & obſcœnitates abeſſe decet à veſtitu, victu, conuictu ſermone. Sermonem noſtrũ nec arrogantem ac pauidum, nec viciſſim abiectum, & effœminatum volebat eſſe: ſimplicem autem; & minimè captioſum, non detortum ad prauas interpretationes; nam idſit fiat, nihil erit tutum loqui; & frangitur generoſa loquendi indoles ſtultis ac ineptis cauilis. Manus, cum verba facimus, non iactandas, non caput quetiendum, non criſpandum latus, non vultum corrugandum & diſtorquendum, non pedes agitandos. Mendacio nihil dicebat eſſe tetrius, nec aliud æquè abominabatur. Intemperantia facit nos belluas, mendacium diabolos, veritas ſemideos. à

Deo


Deo natam esse veritatem, à diabolo mendaciumꝫ: nec est aliud ad vitæ communionem perinde damnosum. Multo iustius debere ab hominum consortio pelli mendacem, quam qui est furatus, aut qui aliquem pulsauit, aut qui adulterauit nummum. Quæ enim esse potest vel rerum, ac negotiorũ contractio, vel consociatio sermonũ cum eo, qui aliud loquitur, aliud sẽtit? cum reliquis vitiorũ generibus esse potest aliqua, cum hoc nulla. De sodalibus & amicitijs adolescentum multum ille loquebatur, & accurate, non exiguum adesse momentum ad probitatem, aut flagitia nostræ ætatis transire ad nos amicorum nostrorum, & sodalium mores tanquam contagium & tales nos fere a eri, quales iis sint quibuscum versemur. idcirco eam in rem magnam esse diligentiam, atque operã nauãdã. Nec permittebat, nobis vt ipsi amicitias, & familiaritates deligeremus: sed vt à parẽtibus aut magistris, aut educatoribus nostris delectas, & traditas acciperemus, & coleremus. illos ratione duci in eligendo, nos autẽ rapi praua animi aliqui cupiditate vel libidine. quod si quo casu in necessitudines inciderimus inutiles, aut noxias, à superiore auctoritate admonitos, abijcere illas quamprimum oportere. Dicebat ille quidem cum alia permulta, magna sine atque admirabilia, tum hæc ipsa diffusius & exactius. Sed hæc propemodum de recta adolescentiæ educationeꝫ summaꝫ.



PE-

PETRVS MOTTA COMPLVTENSIS.

STVDIOSIS LECTORIBVS S.



Possum equidem vobis. Lectores optimi de libris omnibus, quos Ioan. Ludouicus Viues Hispanorum decus composuit, illud ex animo affirmare, quod apud Ciceronem, Cato, Scipioni & Laelio suadere videtur: multas ad res perutiles esse Zenophontis libros quos vt studiosè legant adhortatur. Verum alij fortasse non nisi doctis eruditisq; lectoribus erunt idonei hic autem vnus Colloquiorum libellus eiusmodi est, vt non solum Latina tyrunculi sed qui iamdiu inexercitati sunt maximam inde frugem facere possint, vt ad Latinè enuntiandum quicquid velint, & doctiores fiant & promptiores. Non vacat huiusce rei causas rationesq; persequi, longiorem enim epistolam quam pro libelli modo proponere non decet. Sed vna illa interim satis esto: Ex aliorum librorum lectione velut Terentiana atque Plautina. excerpi quidem elegantia fructum quis negat? Sed in eis tamen vitiorum incitamenta, & morum offendicula inesse quis non videt? At in auctore nostro quidquam elegantia Latinae flosculos quos ex clarissimis quibusq; auctoribus ex cerptos in hunc libellũ congessit, inuenies? cum nihil est, quod vel Christum ipsum, vel certe optimos mores, & probam educationem non sapiat Vt omittã mirabile illud artificium, quo res vtilissimas dulcissimo, iucunditatis temperamento condidit, vt puerorum animis non minus iucunda, quã idonea proposuerit. Ego certo pro virili mea hactenus conatus sum vt notos mihi, ac amicos omnes ad huius libelli lectionem adhortaretur. Cum ijs vero, qui Grãmaticam docendi munus obirent precibus & litteris agere non destiti, vt eum discipulis suis exponere vellent, darentque operam ne pueri eum audirent modo, sed ediscerent etiam Sed hac agenti mihi ab amicis aliqu ot significatum est, plerosq; Grammatica professores, quos ipsi probe nossent libelli enarrationem coe-

pisse quidem sed in medio sed in medio tamen itinere ab incepto destitisse, ut nunquam magis Ascensianam operam sibi desideratam esse dicerent adeo fuit vir ille dū viueret, de vulgo litteratorum benemeritus. Neque miror sane, cū apud nostrates ita sunt exigua docentibus præmia constituta cum male discipuli præceptorum opera compensent, tātus demique huius mole versanda sit labor, ut doctis quisque Sityphium hunc lapidem humeris suis subire dedignetur: multi rursus parua & tenus eruditionis supellectile, cum aliunde honestiorem (ut ipsi aiunt) quæstum facere nequeant magno se huic labori accingant. Neque verò tā ad magistrum eligendū quanta quisque eruditione sit præditus sed quam sit ad laborem tolerandum ferreus, in consiglio haberi solet: ad rudimenta enim docenda vel infirmū quemque sufficere. Quare operæpretium me facturum esse aiebant si dictiones aliquot præter eas quæ in margine exposita essent, vel earum elucidatio non ita facile se offerret adnotarem Quod ab eruditissimis viris in nonnullis auctoribus factitatum vidimus. Iam quo id libentius facerem quarundam vocum expositiones ab illis commentatas ne non eas intelligere viderentur mihi narrarunt quæ nescio utrum risum mihi an stomachum potius mouere deberent. Obtemperare igitur cum amicorum efflagitationibus tum cōmuni utilitatis, quālibet magis negotij districtus essē, optimum duxi: & ea, quæ vel expositu digna vel ab alijs dubitata, cognoscere, quanta maxima possem breuitate adnatare. Hoc tamen prius candidum lectorem admonere vellem, me non ostentandæ eruditionis (quam alijs fortasse scriptis exhibere possemus) sed infima Grammaticorum plebi consulendi animo ad has nugas descendisse. In eorum potissimum gratiam, qui vel Græcè nesciunt, vel non perinde sunt eruditi Qui si multa desiderauerint, quæ per nos exposita vellent, sciant vicissim multa nos adnotasse, quorum non pœnitere non poterat. Quæ ne meminissemus quidem, nisi ab alijs perperam, ridiculeque interpræatu pro comperperto haberemus. Vale. Lector optime, & libellum hunc etiam atque etiam amplectere.

NON-

NONNVLLARVM DICTIONVM

Interpretatio per singula colloquia.

SVRRECTIO MATVTINA.

C*inctu Gallico*.] Quanquam in margine appositum est, quomodo se solent Galli cingere, tamen scio aliquos ignorare qualis sit hic cingendi modus. Aliter enim cinguntur Galli ac Germani, & Flandri. Germani namque partem illam cinguli, quo ensis innectitur, ad genua vsque demittunt fæmora, itaque non illa cingunt, quo facilius enses illos oblõgos quos gerunt, distringere possint. Flandri aliquanto superius quam Germani cinguntur. Galli verò ferè ad vmbilicum cingula gestant, aut ante hac Hispani, qui iam Germanicum ciugendi modum imitari cœperunt

PRIMA SALVTATIO.

Ad Brechma] Brechma, tis: siue bregma, pars anterior capitis, syncipút, à Græcè, quod est pluo, & irrigo: hæc enim pars maximè humida, & tenera esse solet, præcipuè infantibus. Gaza tamen aliquoties occiput vertit.

DEDVCTIO AD LVDVM.

4 *Philoponus*.] penult. breui. Idest, industrius, diligens laboris amicus aptum sanè nomen institutori puerorum.

EVNTES AD LVDVM.

4 *Heri fuerunt encænia*.] inquit Suidas, id est encænia, orum, festum, vel dedicatio cuiuscumque rei, aut cum res qualiscumque fit innouatur. Et vsus olim habebat hoc verbum, si quis noua tunica indueretur, encœna rei diceretur. Auctor est Diuus Augustinus, enarrans illud Ioan. Facta sunt encænia Hierosolymis.

REFECTIO SCHOLASTICA.

8 *Amydum similago.*] Cruciabatur nimirum l udimagister quidam, quod in lexicis inuenire non Amydum, sed Amylum. Vtrumque igitur idem est quanquam propriè Amylum, ab a & vel quasi sine mola. Conficitur eum ex tritico; non molis, sed in aqua per aliquot dies macerato, & lacte expresso, quod flagranti sole exiccatur. Vulgo amido, quo mulieres vtũtur ad linteorum dealbationem. De Amydo vide plura per Dioscoridem lib. 2.c.3. Similago autem, quæ eadem similia dicitur, genus item est pultis olim ex pubissima farina tritici, cum ex tritico ipso molis paruulis contuoso. Vulgo *Sugoli*. Lege c.44. tertiæ quinquagenæ Antonij Nebriss.

Vel quo cerui cornua] id est, vt nusquam inueniantur. prouerbialiter dictum. Cerui enim quotannis cornua deposituri loca inuia & inaccessa quærunt, quo inuentu sint difficiliora.

10 *Inter missus.*] Idest inter ferculorum immissiones, dicitur enim missus, vel ludorum, vel ciborum quoties alijs peractis, aut dimissis alij succedũt, immissio.

11 *Qui in phrõtisterio suo.*] à Græcè, quod est studeo, curo, medior: inde phrõtisterium, schola, & quasi curarum, & exercitationum domus.

11 *Seu mimio verius.*] Qui rem leuissimam nimis exaggerat, Tragœdiam, & comœdia facere dicitur prouerbialiter; multo peius facit, qui ex mimo. Est enim Mimus Grammatici carminis genus multo minus & breuius quam Comœdia. Nec hoc quidem exponerem, nisi aliquos hoc ipsum dubitare vidissem.

11 *Buglossa hortensi.*] Id est boragine: nam alteram filuestrem Hispani bouis linguam appellamus, sicut Græci buglossam.

11 *Praeat verba.*] Id est, dicat, quæ nos eum sequentes proferamus. Sic Liuius primę Decadis lib.8. Agendum Pontifex præire verba, quibus me, pro legionibus deuoueam. Cicero tamen, & Plautus verbis, & voce præire dicunt.

GAR-

GARRIENTES.

12 *Ea est colus Philosophia.*] id est, sapientia, ac potius superstitio muliebris. Est enim colus genitiui casus.

12 *Apud prætorem capitalem.*] Vulgo, *Giudice criminale.*

13 *Vehentem cautherio.* Id est, qui vehitur: participium præsentis in passiua significatione. Sic Titus Liuius lib. 2. tertiæ Decadis. Cn. Lentulus cum præteruehens equo consulem vidisset. Vnde nomen verbale vector ferè passiuè etiam.

15 *Decoxit rem.*] Et conturbauit rationes, pro eodē accipiuntur: Sed absolutè plerumque vulgo *falliti*. vnde decoctores, qui rem suā perdiderunt. Iuuenalis.
—Sic pedo conturbat, Matho deficit,

16 *Hic murus aneus esto:*] Hæc si animi nostri firma, & inuincibilis sententia: ferreum (vt ita dicam) propositum. Prouerbium ab Horatio sumptum.

16 *Quid tu varrax?*] Quid tu vatrachomyomachia: rana dicitur Græcè. Vatrachomyomachia, Ranarū, & murium pugna, quam Homerus (vt aiunt) versibus composuit. Hoc autem loco vtrumque nomen pro conuicio vsurpatur à pueris Garrientibus.

ITER, ET EQVVS.

16 *Misippus, &c.*] Libuit hoc loco nomina hæc Græca Latinè exponere, ita sunt apta interloquentium personis. Misippus, osor equorum. Philippus, equorum vel equitandi amicus. Misospudus penul. longa, ignauus, & industriæ osor. Planetes, vagus, error, viator. Sequana fluuius est Parisios interfluens.

16 *Iubellium Tauream, &c.*] Nō defuit præceptor quidam, qui cum horum verborū sensum non intelligeret, cœpit excussos in ius vocare, quod litteram corrumpissent. Quare si emendandum præciebat: Rubellum taurum videtis, & qui cum hoc congressus est, asellum pugnam nescio quam inter taurum nigrum, & asellum suauiter, & cum audientium plausu confingens. Inbellius igitur cognomine Taurea longè Campanorū fortissimus eques, Claudium Asellum ciuem

Romanum equestri gloria sibi parem in singulari certamine prouocauit Quorum pugnam narrat Liuius in fine fere tertij libtertiæ Decad. apud quem non Aselʃum, sed Asellam legimus.

17 *Succusatorem.*] Equus is sic graditur, vt sessorem concutiat, Succussator, & succussor, & succussarius dicitur.

17 *Helcia.*] Pro loris, seu capistris accipias, licet Apuleius helcium sparteum, & teniam sparteam pro eodem posuit, nempe pro eo vinculi, nexusq; generе, quo iumenta capistrata machinas, molasq; trahunt, ab elco Græcè, quod est traho. Vnde equi, seruiq; helciarij, apud Mart. & Sidonium.

18 *Hyberno pulcre, &c.*] In libro vetustissimorum carminum, qui ante omnia; quæ à Latinis scripta sunt, compositus ferebatur, inuentum est hoc rusticum vetus canticum: Hyberno puluere, verno luto grandia farra Camille metes. Vnde Virg. illud sumpsit: Hyberno lætissima puluere farra.

Auctor est Macrobius lib. 5. Saturn.

S C R I P T I O.

18 *In auditorio Antonij Nebriss.*] Non possum quamlibet spatiorum angustijs premar dulcissimi præceptoris mentioni, vel paulisper nõ inhærere. Hic est ille Aelius Antonius Nebrissensis bonarum litterarum, & Latinæ linguæ primus apud Hispanos assertor omnimoda disciplinarum eruditione refertus, qui extremo. fere senectæ suæ tempore Compluti doctissimos auditores docens, diem suum obiuit: è cuius auditorio plurimi eruditissimiq; viri prodierunt, quorum scriptis (vt Socrati contigit) nomen eius æternæ memoriæ mandabitur. Tametsi ex ijs, quæ ipse scripta reliquit, morietur numquam, de cuius laudibus alibi fortasse, & copiosus, & liberius.

VESTITVS ET DEAMBVLATIO
Matutina.

23 *In horlogio machinali & in Gnomone.*] Machinale horlogium est, quod machinulis ferreis mouetur, pulsu.

pulsuque malleoli in tintinabulo hora dignoscitur. Porro Gnomon gnomonis cremento breui, stylus est, siue manus, horas iudicans. Item ferrum prominens in vmbilico linearum, aut filum transuersum in solari horologio, cuius vmbra internoscuntur horæ. Sunt Gnomones etiam dentes iumentorum, ex quibus eorum ætas dignoscitur.

24 *Periscelides.*] Nomen hoc pro armillis à nonnullis vsurpatur. hic tamen, vt apud alios auctores, pro fœminalibus, seu brachis accipe, auctore Hier. Cœlius Rhodiginus adnota, periscelides etiam esse, quæ vulgo gremialia vocant.

D O M V S

28 *Alexicatus.*] Herculis epitheton, nec non Apollinis, quo significatur in malis adiutor: hominum defensor, ac malorum depulsor. quanto igitur varius cõguit Christo Domino, Agno videlicet illi, qui abstulit peccata mundi.

ideſt ne dominus quidem ipse.

27 *Cæli facies ichnographica.*] Omnium operum quæ vel facienda sunt, vel facta imaginantur, descriptio & pictura, in ichnographiam, orthographiam, & sciographiam diuiditur. Ichnographia est operis descriptio, lineis duntaxat in plano positis, per quas, ceu vestigia (hoc enim significat) ima & suprema imaginamur. Orthographia est recta & solida operis imago. lineis sursũ erectis, quibus & frontẽ, & superiora non imaginamus, sed videmus Sciographia cũ eiusdẽ operis vmbræ, loca, habitacula, tractus, tanquam suis coloribus pingũtur vt in ijs qua, Mappas mũdi appel lamus. Est igitur cæli facies Ichnographica, lineis dũtaxat in pleno depicta Terræ & Maris orthographica, descripta in solido globo. Noui orbis Schiographica suis locis, fluuijs, vrbibus, & tractibus distincta.

28 *Cochlides.*] Vulgo, *Scala à lumaca.* à cochleis, quarum figuram imitantur.

28 *Marmoris basaltis.*] Basaltis lapis est (inquit Plinius) colore & diritie ferri.

28 *Hoc alterum membrum est hybernum.*] Membrum pars domus dicitur: Vulgo *apartamento*. Plinius iunior Adhæret dormitorium membrum. Vtuntur voce hac in hoc significato Columella, Vitruuius, Vlpianus.
29 *Atlantes, & Caryatides.*] Sunt sustentacula illa, quæ trabibus transuersis in contiguatione supponuntur. Atlantes quidem ab Atlante dicti, qui cœlum humeris fulcire dictus est: quos ad similitudinem vel hominum: vel variorum animaliũ artifices exculpũt, Caryatides verò, muliebri figura, sic dictę à mulieribus, quas Græci ex Caria Pelopponensi ciuitate captiuas adduxerũt, quod mariti earũ cũ Persis consésissent. quarum imagines artifices in Caria tarũ ignominiam sic per culumnas, mutilis & coronis sustinẽdis suppofuerũt. Vide Vitruuiũ lib 5. vulgo *Pilastri*.

S C H O L A.

29 *Tyro Spudeus.*] Iam ab auctore paulo superius expositum est quis dicatur tyro. Spudæus, industrius, & studiosus.
30 *Ad proletarios, & capite censos.*] Proletarij, & capite censi à Romanis dicebantur, qui cum propter tenuitatem rei familiaris sumptus militię ferre non possent militia immunes erant; Proletarij quidem quasi suffi. ciédę proli in vrbe relicti; Capite autem cẽsi tenuiores erant, qui parum pecuniæ habetes, non pecunia, sed capite suo censebatur: inde ad homines abiectæ, & infimę conditionis duo hæc transferuntur.
38 *Capite diminutos.*] Id est, infames, & sine honore, quos vulgus *suergognati* appellat. Sic nominant Iureconsulti eos, qui, ex animaduersione iudicum, honoris damnum fecerunt.
31 *Agonotheta numerarius.*] id est, qui ludos exhibe populo, prefectus ludorũ, certaminũ pręses, & iudex.
31 *Ea est Ephestris doctoralis.*] Ephestris vestis erat exterior, quę vel armis, vel vestibus superim ponebatur nũc nostris doctoribus oloserica pro insigni geritur, à collo vsque ad cubiculum porrecta: à nostris *capotto*.

CVBICVLVM ET LVCVBRATIO.

31 *Sepa-*

31 *Sepaclos.*] Hac voce vſus eſt Apuleius,neq. te decipiat litteræ perturbatio; idē.n. eſt ſepū.quod ſeuū.
31 *Lychnucum.*] Cadelabrum hoc loco. Solet etiam plerumque pro eo, qui lucernam portat, & pro lucerna ipſa ac facula vſurpari.
31 *Concoctione euaporatoria.*] Peracta illa digeſtione, cum vapores ex ſtomaco in cerebrum exhalantut.
31 *Cryſpatio mixi.*] Mixus, Vulgo *Stopino, ò Lucigno.*
31 Elichnium.] Idem eſt, quod myxus.
31 *Xylineum*. Plin.lib.19. Xyiinlum fruticem aſſe dicit in Aegypti parte ſuperiore Arabiā verſus naſcens quem aliqui Goſſipion vocant Paruulus eſt, ſimileq; barbaræ nucis defert fructum, ex quo xylina ligna.
32 *Puerum exceptorem.*] Id eſt, qui ſcribat quod ego protulerim. Qui profert differt dictare: qui ſcribit, excepere dicitur.
32 *Codicem exceptorium, & regeſta.*] Plinius Senior. vt ait Iunior, nihil legebat, quod non exciperet. librum igitur album, vbi vocabula, ſententiæ, loquendi formulæ & reliqua, quæ optima videntur, ex auctoribus collecta reponuntur, exceptorum appellat. qui autē rerū & dictionū index eſt, ordine abecedario diſtinctus, apud quē auctoré, & quoto folio, quæ notata, ſūt inueniatur, regeſtū dicitur, Vulgo *regiſtro.*
33 *Anaclinterium.*] Ab Græce, quod eſt diſcumbo, inde Anacliterium, locus vbi interdiu cubatur Lamprip. in Heliogabalo, Vulgo *matarazzo,* dicitur etiam ſtibadium. Tranque in Aug. lectulum lucubratorium vocat.
33 *Pyſcam plus veſtinm.*] Veſtes non modo ſunt quibus induimus, ſed quibus inter dormiendum tegimur, ſicut vulgo *drappi*.

C V L I N A.

34 *Pyrolabem.*] Nonum vocabulum, ſed accommodum ſatis, & venuſtum, quod, vt ex Græco fonte cadat à, quod eſt ignis & capio.
34 *In chytropode.*] olla eſt cum pedibus. Sunt eriam Chytropodes ollarum ſuſtentacula.

34 Olde

34 *Cedo tudiculam.*] Vulgo *la forcina*, quod insigne est coquorum sicut fulmen Iouis, & tridens Neptuni.
34 *In Epixenio.*] truncus est, in quo coqui carnes secant: alij epixenum dicunt. Suidas masculine posuit.
34 *Tirocnesti.*] *La gratta cascio*. Est etiam gladiolus militaris.

Ego nolo Cæsar esse, &c.

Huic rescripsit Hadrianus, vt Spartianus in eius vita.

Ego nolo Florus esse.
Ambulare per propinas.
Latitare per tabernas.
Culices pati retundos.

35 Aut si mauis, rapsodizare, est carmina pangere, cantiones recitare, versus hinc inde contexere, & consarcinare, vt hoc loco.
35 *Bulimum depellendam.*] Quidam Cannium apetitum interpretatur. Certè magna est fames, & morbus quo laborantes etiam post cibum esuriunt, cum ob famem stomachus deficit.

T R I C L I N I V M.

35 *More Græco Sympositum.*] Græcè, Latinè compotatio. Latini conuiuium nominarūt, quia vitę coniūctionem habeat. vt ait Cato maior apud Ciceronem.
36 *Hypethra.*] Id est sub dio posita in medio areæ, aut impluij. Dicuntur Hypethræ ambulationes, auctore Vitruio, que Latini xista appellant. Denique ædificia hypetra non contecta, sed sub dio.
36 *Murrha.*] Plinius ait liquorem esse, qui sub terra calore densatur. Vulgo Agata: vt ait Nebrissi. Lucanus: Nō auro, mirrhave bibunt. Vnde vasa murrhina.
36 *Suum gutturnium.*] Hic pro canicula, vnde aqua manibus descendit, alij pro ipso vase accipiunt. Malluium igitur, siue malluuia. *Il secchiello con la spina per lauar le mani.*
36 *Probe sandarachato.*] *Bene inuerniciato*, de Sandaracha, vide plene in Lexici.
36 *Cymatium abaci.*] Pars illa abaci prominens. Nam a Græcis, labra extantia, & prominentia dicuntur.

37 *Men.*

37 *Mensa cibilia segmentata.*] Solitos esse Romanos mensis quadratis in castris vti; rotundis verò domi, quas à cibis cibilas vocabant, auctores sunt Varro, & Festus. Nunc pro qualibet mensa, cui prandentes accumbimus. Segmentata, vulgo *intrecciata*.

37 *Chiromastrum.*] Rectius Chiromastron, aut Chiromastrum, quod est muntile. Vulgo *touaglia*.

C O N V I V I V M.

38 *Adferto ei panem cibarium.*] Panes cibarios vocat Plinius lib. 18. qui pastoribus, & vulgo dantur.

38 *Speusitius.*] In Plinianis codicibus Speusitios panes à festinatione dictos inuenio. Sicut à coquendi ratione furnaceos, artoptesios.

38 *Hectas attollit.*] Vulgo *vesiche*, quasi hictæ, ab hiando dict. Festus.

38 *Cum musis, & cum dijs.*] Boni hominis voces sunt. Id est, dijs, musisq. fauentibus & propitijs. Ille autem intellexit, musis enumeratis vna cum discipulis.

38 *Cydonia persica.*] Vulgo *melicotogni*. Ex insitione mali Cydoniæ, & Persicæ.

38 *Ficis duri coriis.*] Hos prodromos esse dicit, hoc est præcoces.

39 *In apyroto.*] Apyrotum penult. longa, vas frigidarium.

39 *Aiglaucis.*] Vinum fortasse dulce, quod vulgo vinum muliebre dicunt.

39 *Vientur proba dolia.*] Hoc est vinciantur. id enim est viere.

39 *Arthratica.*] Morbus articularis, vulgo, *gotta*. Sępius à Græcis.

39 *Argento circumclusa.*] Vulgo *cerchiata*.

40 *Ptisanas.*] Nonnunquam cremorem ex hordeo, alijsve frugibus expressum significat; imperiti pro aqua cum hordeo feruefacta accipiunt; cum sit pultis genus, vt Plin. ait, ex hordeo: cuius laudibus Hip. pocr. vnum volumen dicauit.

40 *Leuchopagum.*] Vulgo, *bianco mangiare*. Hermolaus dixit Leucopheonius. Si modo liber méda caret.

40 *Lupum*.] Lupus piscis à voracitate dictus est, & fluuiatilis Capitur sub ostia fluuiorum. Storiorem vulgo appellatum esse Raphael Volat. refert.
40 *Soleas refrixas*.] Vulgo *sfogli linguatte*. à similitudine soleæ: eas esse crediderium, quas, Varro, & Plautus, lingulacas appellant.
40 *Lucium recentem, & capitonem.*] Athenæus leuciscum piscem commemorat, & Aelianus Cephalum quem Athænæus ita à grauitate capitis dictum, eiusdemque generis esse cum leuciso.
40 *Gobios*.] Et Gobiones legimus, quos præstantis saporis, sed parui nutrimenti esse Athæneus asserit. Vulgo. Go.
40 *Pollucibilia*.] Id est qualia fiebant, cum in honorem cuiuspiam Dei aliquid dedicabatur: Pollucere enim est sacrificale verbum, & reddentium libaměta dijs. Plaut. Vt decimā partē Herculi pollucem. Inde pollucibiliter, saliariter, opipare, & splendide.
41 *Embammata*.] Id est, liquamina, vel intinctus. ab Græce, quod est intingo, quibus panem, vel absonium intingimus.
41 *Vbi est Q. Hortensius.*] Is enim, vt ait Varro, primus in augurali cęna pauones apposuit.
41 *Da secundam mensam.*] Prima mensa est epularū, secunda pomorum. vt seruius ait, vbi mellita, & saccartea, reliquaque quæ Latini bellaria, Græci dicunt, Apponebantur. & vino latius indulgebatur.
41 *Hippax*,] Caseus est equinus, vel coagulū equinum: aut id quod in lacte equino sedit, postquam agitatum est à Dioscor. hippace fęmineo genere ponitur.
41 *Stibilitas, & artologana.*] Artologanos panes à delicijs nominatos ait Plinius, stribilitæ, & artologana.

E B R I E T A S.

42 *Asotus*.] penult, longa, significat hominem gula, luxuique deditum, dectorem, nepotem, à populo Asotorum, qui erant luxu, delicijsque perditi, & qui in mensam vomebant, vt ait Cicero.

RE-

R E G I A.

46 *Agrius, Sophronius, Holocolax.*] Nomina item personis satis scitè accomodata. Agrius, agrestis, ferox Sophronius, prudens modestus, frugi. Holocolax, penitus adulator, & qui imperauit sibi omnia assentari, vt ait Terentianus ille Gnato in Eunuch.

47 *Magnus Conestabulus.*] Sicut à Romanis magister equitũ creabatur, qui comes esset Dictatori: ita apud Hispanos, qui secundus à rege est, cui vexillum regni maximum committitur, Comes stabilis appellatur. cuius veluti cum rege societas, in edictis publicis, atque solemnibus, declaratur his verbis: Iubet rex, atque eius Comes stabilis. Elegantiori nomine quam apud Græcos Comestabulus quem Raphael. Volat. ait caput esse togatorum Francorum.

47 *Præfectus sacris scrinijs.*] Vulgo, *magnus Canuscellairius.*

47 *Qui dicunt vultus.*] Qui contrahunt frontem, qui obducunt supercilia. Sic Mart,

Qui dicis vultus, & non legis ista libenter.

48 *Ecipiunt cœna recta.*] Cœna recta excipere, aut conuiuari quis dicitur, cum ad eandem mensam omnes inuitati discumbunt, eisdemq. epulis cum rege vtuntur. vt omnia omnibus sint communia: quod in Aug. & Vesp. laudat Suet. cui obijcitur sportularum missio vtrunque hoc vno, & eodem versu conclusit Mar Promissa est nobis sportula, recta data est,

48 *Ex parthenone.*] Virgo est, vnde locus est vbi habitant virgines.

P R I N C E P S P V E R.

49 *Morobolus, Sophobulus.*] Penult. producta, alter stultus. & fatuus, alter sapiens consiliarius.

50 *Refractarium.*] Qui sessori refragatur.

L V D V S C H A R T H A R V M.

53 *Arcis mundi mulieribus.*] Vbi ea quæ pertinent ad ornatum muliebre reponuntur. qui mundũ muliebris, siue mundum in neutro, vt ait Gell. dicitur, vide nummelius scriberetur, arcis mundi muliebris.

53 *Mysteria eleusina.*] Id est sacrificia Cereris, quæ ad Eleusin oppidum Attice celebrabantur, nullo magis (vt Iustinus ait) quam silentio sacra, quæque quoniam euulgauit Alcibiades, accusatus est.

54 *Velut istis caribus.*] Cares ex Caria regione, qui primi suá in bellis operã locarunt. Vnde Cares pro vilibus, auaris, sordidis, & contemptibilibus vulgo accipiuntur, de quibus multa extant prouerbia.

54 *Componende folia.*] Vulgo, *accozzar le carte.*

LEGES LVDI.

58 *Coactile.*] *Di feltro.*

59 *Diuis virginis redemptorie.*] *Della santa vergine redentrice,*

CORPVS HOMINIS.

61 *Glabellam.*] Vulgo *trà ciglio, & ciglio,* quod interstitium superciliorum glabrum, id est, sine pilis est, nonnulli pilosum habent, quos *cigliutos* vocamus.

61 *In translatione criminum.*] Translatio criminum apud Rhetores est, cum crimen quidem non diffitetur, sed causas quærit quibus id eleuet, à tempore, à loco, á natura, à consuetudine, à necessitate, à reliquis eiusmodi.

61 *Irquos.*] Alij eum aspiratione scribunt. *il cantone dell'occhio.*

61 *Valleculam.*] Concauum illud & depressum, quod est inter labrum inferius, & mentum.

62 *Bosimus.*] Id est valde simus, quales fuerunt Hunni bouina facie. Hunni autẽ, qui è Sarmatia Europæ gressi, postea Attilam ducem secuti, Pannoniam occupauerunt, & à suo nomine Hungariam dixerunt.

EDVCATIO.

64 *Bombacini villosi intercisi.*] Vulgo *tertiopelo.*

64 *Texti Attalici.*] Aurum intexere in Asiã Attalus rex primus reperisse dicitur; vnde textum Attalicum vulgo, *broccato.*

Multa præterea sunt, quæ diligens Lector ex verbis adiunctis, aut consequentibus, tum etiam ex Lexicis intelligere poterit.

IOAN.

IOAN. LVDOVICI VIVIS.

DE CONSCRIBENDIS, SIVE *componendis Epistolis ad Idiaqueum à secretis Caroli V.*

CVM instituerem, Idiaque, opusculum de epistolis componendis edere, quarum per magnus est vsus in omnes vitæ partes, visnm est mihi tuo nomini inscribere: non quod his meis præceptis ipse indigeas, qui preceptores facultatis huius, ac duces habes Ciceronem, & Plinium: quorum vestigijs felicissime insistis, magna cum admiratione omnium, qui sciunt quam breui tempore, quod in latinis litteris concupieras sis assecutus. Sed quia nemini magis videtur ea tractatio congruere, quam ei, cui sunt quoitdie permultæ maximis de rebus Latinæ Epistolæ, cum tuo ipsius, tum Caroli Cæsaris nomine conscribendæ. denique pro nostra coniunctissima amicitia, & voluntate mutua, quicquid altero proficiscatur, non potest non esse alteri longe gratissimum. Epistola est fermo absentium per litteras. in hoc enim ea est reperta, vt conceptus animi, & cogitata aliorum ad alios fida mandati interpres. & nuncia perferat. Epistolarum vsus est, inquit D. Ambrosius ad Sabinum, vt disiuncti locorum interuallis, affectu adhæreamus, in quibus inter absentes imago refulget præsentiæ, & collocutio scripta separatos copulat, in quibus etiam cum amico miscemus animũ, mentem ei nostram infundemus, sic ille dicta est Græce à mittendo ceuquis dicat missoriam, vocabulo non recepto Nam inter presentes, nihil opus est epistola, nihil forte si quid certis præscriptione ex aucturus verbis, vt Suetonius Cæsarem

Augustum refert sermones cum singulis, etiam cum Liuia sua grauiores, non nisi scriptos, & è libello habere solitum, ne plus minus vè loqueretur ex tempore quam oportet & arrogantissimus ille dominus Romæ nihil vnqnem cum sernis egit, nisi mutibus aut descripto, sicuti est apud Tacitum. Excogitati quoque codicilli inter homines eadem in vrbe ac vicina. sed quibus visere inter se parum, vel placebat, vel licebat, aut certe commodius scriptis agebatur res: quorum codicillorum frequens est apud Ciceronem, Tacitum, & alios menstio. Antiquissime epistolæ in hoc vnum paratæ erant, vt aliquid absenti nunciarent de republica aut priuata, quid actũ, quid futurũ quid gereretur, quid vellent fieri, aut secus. Cuiusmodi videmus esse Ciceronianas, & præcipuæ ad T. Atticũ Deinceps omnia, quæ dici, quæq; scribi posset sub epistolę ambitum venerunt. Cicero ad Curionem: Epistolarum, inquit, genera multa esse non ignoras sed vnum illud certissimum, cuius causa res ipsa inuenta est, vt certiores faceremus absentes siquid eos scire aut nostra, aut ipsorum interesset. Reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ magnopere me delectant: vnum familiare & iocosum, alterum seuerum & graue. Itaque illa vera est & germana epistola, per quaã significamus alicui, id quod in negotij, vel eius interest scire vel nostra quales sunt prope modũ nunciatoriæ petitoriæ cõmendatitiæ, consultoriæ, admonitoriæ, & si quæ sũt eius gene ris, quæ vicẽ scribentis absentię impleant. Additæ sũt postea cõsulatoriæ, cõcillatoriæ, præceptoriæ, disputatoriæ de omniargumẽto philosophiæ, iuris antiquitatis omnium denique disciplinarum, atq; earum rerum, quæ desriptio inter maxime præsentes agerentur. sic à Plantone de Philosophia scribitur ad Dionysium & alios à Seneca, ad Lucilium, à Gieronymo, Ambrosio, Augustino. Cypriano, de rebus sacris ad varios. citantur Catonis Censorij, & multorum Iurisconsultorum libri de quæsitis, aut responsis per epistolam. Nolo in præsentia

Præsentia differere, quã lato nomen epistolæ extendendũ sit, sed certe si recipimus, vt quicqnid salutationem præfert. epistola dicatur: quid causæ erit, quin libri Tusculanarum quæstionum Ciceronis, aut de Finibus, epistolæ nominentur ad Brutum? de Senectute vero, & Amicitia, ad Atticum: de Officijs, ad Marcum filium: vel si orationi pro Milone, aut in Verrem, salutatione præponas, ac Iudices epistolæ sint? sed non fit ideo vir ea fœmina, quæ sumit femoralia, aut ense cingitur, ita non omnis liber fit epistola, cui proposita est salutatio, nisi naturam & ingenium sumat epistolæ, quam statim demostrabimus. Bene Plinius, Cæcilius: Aliud est historiam scribere, aliud epistolã: significãs in natura illarũ esse discrimẽ

DE INVENTIONE.

INuentionem epistolarum cum aliqua parte dispositionis cõiungemus, præcipue in exordijs: propterea quod hæc sæpenumero disiungi non possunt commode. eadem enim sunt locis aliquot de vtriusque præcepta, & plerique epistolas scripturi maxime circa principia conflictantur, tanquam inter scopulos, facileque reliquum cursum conficerent: si modo euasissent ex ambagibus potius. Initio illud præfandũ est, inuentionem omnem non solum epistolæ, verum cuiuscunq; alterius generis sermonis, orationis vè, vt etiã in his quæ loquimur, haud penitus artis esse, sed prudentiæ: quæ paritur ex ingenio, memoria. iudicio, atq; vsu rerũ; a nobis vero tradendis artibus adiuuatur, non perficitur: admouetur non omnino restituitur. ne quis se vel hoc loco, vel in alijs aut à me ipso, aut ab alio quopiam scriptore, aut magistro plenam cognitionem componendarũ epistolarum, alteriusq; omnino generis orationis accepturũ speret. Sunt enim qui præcepta damnet tamquam inutilia, quæ nõ statim ex stupido acutũ reddãt, peritũ ex rudi. Itaque sit hoc primũ præceptũ, adiuuari a nobis inuentionẽ, & promoueri hisce formulis, quæ nec ipsæ virium sunt aliquid habituræ, nisi vsus atque

exercitatio, accesserit: Hæc præfatus, ad rem venio.

Scripturis epistolam consisteret quis & cui scribat, & quibus de rebus, qui simus nos ad illum, qui ille in se, aut enim ignoti sumus aut noti, amici aut inimici, leuiter seu dubiè amici, vt apertè, & arctè, pures, aut impares, & hoc varijs in rebus, genere fortunis, eruditione, ætate. Tu ille quo genere, plebeius aut patricius, honesto an sordido, qua fortuna, summa, magna, mediocri. infima, nulla, quo rerum statu, liber an seruus, opiniosus an obscurus, bonæ an malę famæ, ociosus an occupatus, sutor, an sartor. qua eruditione, magna, mediocri, media: Theologus, Medicus, Philosophus, Iurisconsultus, vsu rerum an secus: quo ingenio & moribus, tristis an hilaris, remissus an seuerus, placidus an iracundus, humanus an superciliosus facilis an difficilis acutus an hebes hæc enim vno mentis intuitu facilè percurremus omnia & momento temporis. Frequenter enim excusandum est, quod iguotus scribas, aut leuiter amicus, aut tanto viro, aut ei in quem forsan crederis inimico esse animo: hoc primum purgabis: nam ite fert natura ipsa nostri ingenij, vt re soluta epistola, & lecto scribentis nomine, admiretur is cui scribitur, si ab ignoto, si à leuiter charo, si ab inimico mittatur, ita vel impudentiæ, vel temeritatis, vel arrogantiæ, vel dementiæ scribentem apud animum suum statim initio dãnat, quo fit vt non tantum aspernetur litteras, sed auctorem ipsum oderit: idque eo acrius, si superciliosus sit aut amorosus, & in eum ipsum odij affectum procliuis. ergo occurrendum. Nam & in ipso foro noui oratores, re ipsa cogebantur alia omnia de se lequi, cur dicerent. sic Cicero pro Sex. Roscio Amerino, quam orationem habuit ad iudices primam. & pro lege Manilia, quæ fuit ad populum prima. Sumendum igitur principium, vel ex te, aut rebus tuis; vel ex illo, aut rebus eius; vel ex re ipsa de qua scribis; idque tanquam exordioio. Ex te ad hunc fere modum: Semper te amasse, & coluisse illum, vbique optime, & sen-

sisse

fisse de illo, & dixisse, & dolore quod tādiu illi ignotus, aut tenuiter notus fueris, quem ita semper de ingenio, ac virtute admiratus: aut dolere, quod in animū eius inciderit ea suspicio de tua in eum voluntate, cum tu amicitiam illam semper inter pręcipua tua bona numeraris. allegabis, si potes, documentum aliquod amirę tuę voluntatis erga illum: culpam reijcies, in eos, qui vestræ amicitiæ inuiderint: aut in illum ipsum, si licet, sed modestè, & sine asperitate: aut in tua imprudentiam, ac ætatem,: aut apertè culpam fateberis, si ita res poscat: Pœnitere te & daturum operam, vt re ipsa sentiat, quemadmodum sis iam affectus erga illum. A rebus tuis amicitiam communem cum aliquo demonstrabis, aut paternam: Ab illo ingenium, litteras, humanitatē, virtutes, quas es in eo admiratus, adduxisse te ad scribendum, vt in conciliatorijs, ignotus es, sed ille omnes incredibili humanitate complectitur, aut cupiditate benefaciēdi tum litteræ eius. aut prudentia effecerunt, ne ipse aut cuiquam esse possit ignotus, at quemquam putare debeat ignotum sibi, aut ad se nihil pertinere. Idē de potentia, vt duci. vt regi, ad quem tanquam ad asylum accurrendum est: nec discernēdum quis notus, quis ignotus: omnes sunt satis noti, qui se illius curæ crediderunt. Efficiendum potissimum, vt magis videamur virtutibus illius adducti, quam allecti fortuna. & In commemoratione virtutum, ne sit species vlla assentationis: sed id ostendemus nos habere compertum, vel in nobis, si quo affecti sumus beneficio ab illo; vel audisse ab ijs, qui experti sūt; vel cognouisse nos ipsos; vel vidisse ita testimoniū aliquod afferemus ex opere: vt in viris doctis, ex libris ab eis editis, orationibus habitis, prælectionibus, disputationibus & ea maxime commemorabimus illius bona quæ ad rem, de qua scripturi sumus, aptissima fuerint, vt clementiam; si petimus, veniam; humanitatē, si amicitiam; liberalitatem, si beneficium; prudentiam, & probitatem, si consilium. A rebus ipsius, vel

à cõmuni amicitia, à paterna: à rebus de quibus scribimus vt rem esse honestam doctam. argutam, ideo dignam de qua illi scribatur: aut necessariam, ideo coactos esse nos ad eum tamquam ad aram confugere: velut ob fortunas ad diuitem, ob iustitiam ad Iudicem, ad Regem, ad Magistratum: maluisse nos vitij cuiusuis suspicionem subire, tametsi nobis grauissimam, in animo duntaxat illius, quem nos tanti facimus, quam non scribere: necessitatem fortissimum esse telum, cui nemo resistat: & honestius est cum id fit pro altero, aut rem esse huiusmodi, vt cum eam pernouerit, non te, vel temerarium iudicet, qui scripseris, vel confidentem, sed virum haudquaquam malum, & in rebus bonis animosum, contra potius iudicaturus esset socordem te, si neglexisses. Est etiam apud amicum excusandum, cur de reliqua scribas, de qua poteras coram agere. Cic. Luceio: Corã me tecum eadem hæc agere sæpè conanté deterruit pudor quidam penè subrusticus, quæ nunc exponam absens audacius: epistola enim non erubescit. Hęc est prima coitio, quę, vt ille dicit in comędia, acerrima est: cætera sunt proniora post hanc, & magis expedita. Ideo prima epistola vehemẽter est elaborandũ, ne apud nouum erga nos animum in suspicionem veniamus cuiusquam vitij, aut impudẽtię, aut arrogantiæ, aut loquacitatis, aut ostentationis, aut vafriciei, aut putidæ affectionis, aut immodicæ assentationis, & parasiticæ, aut scurrilitatis, aut imperitiæ, aut imprudentiæ. Plurimum.n. in prima compactione positum est, sicut in vasis teneris adhuc & mollibus, cum coalescunt. Nec puto quemquam admonẽdum esse, non omnia omnibus congruere: videndum cui possis admirationem de ipso tuam allegare, cui paternum hospitium, cui curam subditorum. quod si nihil habes, quare scribas excusandum; tum contemplabere qui sit ille, cui scribis: nam hic tota epistola tẽperatur. Ad fortunatum, & superciliosum reuerentius, modo absit assentatio; ad morosum, & asperum,

parcius & leuius, ad rudem, aut hebetem, apertius: ad ingeniosum, accuratius & maiore apparatu, si eo delectatur & sic se venerari arguit: docto ad antiquitatem accōmodatius ad ocupatum breuiter: ad ociosum, fusius, si rem non ingratam facturus es: ad hilarem, læte ad humanum minus scrupulose & anxie: ad seucrum subtristè: ad remissum iocose: ad mœstum mœstè: ad amicum certum apertè, & cum magna fiducia, ad incertum dubiè: sed sic, vt se credat diligi, & diligas reuera, hoc lex naturæ, hoc melior naturæ lege Christus iubet: ita vt ingratitudinis ille se se dānet merito, ni redamet inimicum, vt cogites amicum posse fieri, & apertus semper paratusque maneat reditus in gratiam: vt absit omnis asperitas, & mansuetudinem quandam animi exerceas etiam in inimicū, & præstabit meminisse professionis nostræ, qua vetamur quemquam odisse: ita vt emendatum illum ostēdas cupere te. non perditum, & vitium odisse: amare hominem. ad parē, & charum simpliciter ac familiariter: ad minus familiaræm, cautius & comiter, citra deiectionem. ad inferiorem, humane; vt non videaris loqui ex alto, sed ex æquo, vel infimis hoc boni mores suadent, hoc pietas sacrosancta præcipit; exempla erunt vsu facilia. Omnino tollendum est è vita genus illud epistolarum fallax; insulsum, ineptum. quo signa omnia voluntatum confundanlur: adeo blandū & assentatorium, vt nullo penitus modo scribētis possit animus dignosci. quales sunt epistolę, quæ nominantur aulica, & bene educatæ. nam humanus cogitatus tanta mole corporis contectus, impenetrabilis est, profertur quodantenus sermone. quod si hic quoque fictus sit penitus, & contectu. quid reliquum sit ad hominem noscendum? qualis erit hominum communicatio, & societas inter se, cum nemo beneuolum & maleuolum distinguet, & lupum ad se recipiet pro ouicula: aut hanc fugiet, lupi seuitiam formidans? sed hæc alterius sunt instituti, Iam de rebus epistolæ.

DE REBVS EPISTOLARVM.

EPistola qualcunque res potest continere:sed nos proprius ad rationem præceptorum in aliquot eam genera patiemur: pingui quidem,& rudi Minerua, sed ad captum tyrũ oppositæ. Nam vel de rebus ad nos spectantibus loquimur,vel ad eum cui scribimus, vel ad vtrumque, vel de alienis. Sunt in nobis, vti in omnibus hominibus, animus & corpus sũt externa. In animo mens in qua iudicium, sagacitas, ingenium, & in hoc acumen celeritas,hebetudo,tarditas, eruditio, ruditas, memoria, thesauros eruditionis,& rerum omnium quæ vidimus,quę audiuimus, denique aliquo cepimus sensu, siue exteriori, siue interiori in eadem facilitas, difficultas, firmitas, imbecillitas; est etiam voluntas, in qua expetiones, & fugæ rerum tum bonarum, tum malarum sub his partibus affectus læti in re præsenti, & tristes,& vtrique in re futura, & præterita. In corpore, quæ ad extremam cutem, color, species, aut deformitas: quæ in neruis, robur, aut infirmitas; quæ in intimis valetudo: quæ ad totum; pulchritudo, aut tæditas; tum quæ ad id sustentandum, victus. Extra nos sunt pecunię, vestimenta; denique omnia, quæ possidentur; honor, dignitas; genus, acta, amici, patria; inimici, infamia, & post nos posteritas. Ergo epistola, vel ad nos pertinet, in commemoratione alicuius rei ex ijs, quæ diximus: velut ingenio,enarratio nostrorum studiorum: in memoria gratiarum habitio, vel actio: in voluntate,explicatio morum: in affectibus, si qua re sumus commoti:in corpore qua valetudine: in externis, quæ fortuna, quid amici pro nobis egerint aut non egerint,aut inimici nocuerint,aut tentarint: Itaque vel aliquid cupimus in ingenio,sicut auxilium eruditioni aut prudentiæ: in memoria cognitioni rerum; in voluntate; moribus aut pietati: quæ sunt consultorię in affectibus beneuolentiam conciliare, quæ est conciliatoria: aut fouere; aut augere conseruatam quæ est officiosa; aut quærelam, vel indigna-

dignationem apud illum effundimus. In corpore remedium. aut conseruationem valetudinis, aut firmitatis: vel pertinet ad victum: quæ sunt partim ex cõsultorijs partim ex petitorijs. In rebus externis, omnes, quibus aliquid cupimus, vocantur Petitoriæ, quæ de pecunia, dignitate, honore contra inimicum, si auxilium imploratur; pro amico autem, nominatur Commẽdatitia. In illo cui scribimus, aut aliquid eius narramus tantum; aut etiam laudamus, quę est Panegyrica. aut ad voluptatem, cum iocamur aut fabella referimus, quæ illarum exhilaret, aut ad commodũ eius pertinet, quales sunt præceproriæ, consultoriæ, hortatoriæ, admonitoriæ, castigatoriæ, & gratificatoriæ, de rebus omnibus, de ingenio, de memoria, de corpore, & rebus eius, de externis quæ sunt consolatoriæ, & incitatoriæ, quæ ad affectus tendunt, & aliæ, quibus affectum aliquem vel excitare conamur, vel excitatũ sedare. Ad vtrumq. spectãt, quę de cõmunibus negocijs, quales sunt mercatorũ, expostulatorię, suectiue. Alienę sũt cũ refertur quid gestũ vel in aliena domo, vel in aliena Repub. quid quis dixerit, egerit cogitari: & loquor ad sensũ gentiliũ, nimis tã à nobis receptũ, atque approbatũ, qui præter sua, & amicorũ, ciuitatisq. publica, reliqua à se aliena existimabant esse. Quanto rectius. & ad naturam proprius senex ille in fabula ad se cruciantem Homo sũ, humani nihil alienum puto. Admiscentur verò narrationes illiusmodi omnibus epistolarũ generibus. & fiunt mixtæ epistolæ, quæ omnia sint à me dicta, velut exempli gratia. Quis enim aut vniuersa complectatur, aut persequetur singula, quæ sunt infinitæ? meritòque Philosophi negarunt de singularibus, vtpotè innumeris esse scientiam. Sed nos iam vsus incipiamus tradere. De nostris rebus dicemus modicè, modestè, pudibundè, parcè; vt absit species omnis arrogantiæ, quámne in maximis quidem viris ferimus: videturque velut venenum, quod res alioqui pulcherrimas superfusum corrumpit. Ad eundem modum

dum si de iniuria, vel cotumelia nostri quærimur, aut omnino verba faciamus, nè videamur cæci amore nostri rapi (quod vitium Græci nominant, contrarium Apollini præcepto, quo admonemur vt se quisque norit) seduci iudicio: ita ne multum detrahamus illi, de quo querimur dum nobis indulgemus, ne illud audiamus de Satyra: Cum tua peruideas oculis male lippus iniunctis, Cur in amicorum vitium tam cernis acutum. Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius? Ita rem non exaggerabimus verborum attrocitate, sed ciuiliter omnia explicabimus, & mansuetè. Scribere vero nos ad illum potissimè dicemus quod pro summo nostro mutuo amore libenter curas omnes cogitationes, affectus, læta, & tristia in illius sinum deponimus: id esse nobis vnicum leuamen anxietudinem Si petimus, aut rem honestam, aut mediam: nam turpem nec decet bonum virum petere, nec petitam concedere. honestam voco, consilium, amicitiam, admonitienem, institionem: mediam verò, & quasi neutram, pecuniam, fauorem, adiumentum pro nobis, aut amicis, adsit in petitione omni pudor (nam inferiorem se facit quisquis rogat) sed in alij, srebus, & apud alios, maior aut minor. Rem honestam liberius petemus, & audacius, modo ne admisceatur impudétia, & velut imperiositas quædam, tanquam non roges, sed imperes. quod in Bruto culpat M. Tullius. Ostendes cur petas, cur ab eo potissimum: nam si causa non sit petendi, videtur res insolens, aut arrogans, aut inepta & superuacanea peteret: velut si vetula, vel auriga à magno Theologo rogat explicari sibi mysteriũ Trinitatis, vt ab Augustino traditur vel Hilario. Tum, cur ab eo petas, quod plurimum in ea re valeat: scire te, illum nó negare alijs minus uegaturú tibi amico, beneuolo, admiratori. Ad similem modũ in conciliatione amicitiæ, esse te admiratoré linguæ Græce, & Latine, quæ cũ illo sint exactissimæ; cupere te esse illi perfamiliarem. porro illũ tamé esse, vt humanitate illa in exhausta vniuersos ad

se

ſe alliciat, & cõplectatur. Apud amicum, aut hominem valde humanum ac facilem, quiq. ſolet libenter eiuſmodi præbere, quæ nos cupimus, breuius licebit agere, & ſimplicius, oſtenſa fiducia ex amicitia noſtra, aut illius moribus: quæ fiducia valet etiam apud leuitur amicos, vt vt præ nobis feramus magnam beneuolentiam, ex qua oritur huiuſmodi fiducia. Nam indignantur ſæpenumero amici, magnis & ambitioſis precibus aliquid ab ſe amicos contendere; ſuſpicantur enim illos non ſatis amare, aut cõfidere amori mutuo. Quod ſi in rebus honeſtiſſimis attingendum cur petas, & cur ab illo: quanto id magis faciendum eſt in re media? in qua erit adhibenda cura paulo maior: Sed id quoq. ex perſonis temperandum eſt, eius ad quem ſcribitur, & qui ſcribit. quippe ſi ſit pater, aut frater, aut chariſſimus. aut qui debet, aut qui ſemper ſolet; nihil opus eſt magno verborum ambitu. niſi res ſint mutatæ, & duriora, & difficiliora tempora. iactura rei familiaris, te factũ minus amabilẽ, aut quid tale. Diſcipulus incunctanter petit à magiſtro, quæ ſunt inſtitutionis: priuatus à magiſtratu, quæ iuris aut æquitatis: doctus à potente, vel principe alimenta ocij litterarij. Nam ſi ab his non petant, qui dabũt ſartoreſne, & rhedarij? tum quod doctus adiuuat principem bonis monitis, princeps doctum fauore, ac pecunia, vterque qua re plurimum valet. Sin alienior ſit, & non adeo familiaris, oſtende aliquid cur dignus ſis, qui impetres. Ex te, quoniam amicus, aut quod amaſti ſemper, aut ad illum maluiſti accurere, quam ad alium quemuis cui manis, vel quod tantum amas, vel ob eius probitatum, debere hoc tantum beneficium quã vlli alteri, vel quod plurimũ ei debes, ideò plus velis debere: quod eſt ingenui (ſicut Cicer. ait) animi, aut quoniam debere omnia graue eſt, malle te bonis debere, quã indignis. ita enim ſit leuius; aut ſi in eũ tua vlla extant beneficia, leuiter admoneas, & parce, circa exprobationẽ declara quãtũ te deuincet, quãtã habiturus ſis ſẽper gratiã, quomodo obſeruãturus

ſemper

semper tépus, vt remunereris, si qua possis non solere te ingratũ esse. vel minimis beneficijs, aut officijs, quanto minus futurum in hoc tanto, aut tali tempore. Nam petenti gratitudo vehementer elicit dantis benignitaté. Si cui opus fuerit, habet ea, quæ sunt in persona. Petimus propter genus, propter patriam, propter cõmunionem studiorum, propter magistratũ propter amicos, propter inimicos, præsertim cõmunes, hoc se rogare, quod eget, vt communium inimicorum audaciam compescat, & calumnias retundas, quod est telum acerrimum animo præsertim affecto. Tum ex causa, te hoc petere in alimenta studiorum, liberorum, coniũgis, aut amici pauperis. Ex illo: nosse te liberalitaté eius præsertim in eos, qui ob eiũsmodi causas petunt. illum scire quid sit studere, quot rebus sit opus, aut quid sit familiam sustinere. ideò didicisse miseris succurrere, non ignarũ mali, denique si nihil sit in nobis dignum, ob quod petamus, illum certe esse dignum, qui det hoc ei fore pium, honorificum, laudabile, hoc semper studuisse, in hoc subijsse tot labores parasset tot opes, vt plurimis prodesset. Et hæc dicentur, ambitioso reuerẽter, graui contractè, læto fusius, & hilarius, sic tamen, vt ne nimium miseriã nostram videamur velle ostentare, & quasi clamare, dignos esse nos misericordia, vt existimemur imbecille nimis, atq; impotẽter ferre nostras res asperas, sed obniti & reluctari quatũ possumus, premi tamen interdũ ab illis, atq; vrgeri: sic enim natura fert, vt minus misereamus eorum, quos abijcere se in aduersitate cernimus, & nimis lamentari suam fortunam tamquam rem indignissimam patiantur: ita sẽmper honestiores sunt pro alio lacrymę, quam pro nobis ipsis, nisi forte ignosci nobis precamur.

DE EPISTOLIS

Commenatitijs.

PRO alio cum petimus si argumentum est simile superioribus, ad eundem ferè modũm tractatur, quo docuimus. Commendationis vero hæc sunt

prace-

præcepta. Primum omnium, vt dignum oſtendamus hunc eſſe illius gratia & fauore: dignus ſit vel ex cõmendato vel ex nobis, qui commendamus, vel ex eo quem ſcribimus. Ex commendato ſi demonſtramus in eo eſſe aliquid, propter quod mereamur diligi, percurrendum per ea, quæ in perſoni poſui, nempe genus quia nobilis, patriam quia Romanus: ingenium quia feſtiuus, acutus, Græcus, Latinus, Muſicus, Philoſophus, Theologus, vir prudens, & multis in negotijs verſatus; animum quia probus, modeſtus, moderatus, & cum primis gratus. ſi quid ei benefeceris tum corporis, quo agilis celer, formoſus, robuſtus. Iam externa, quod præditatus pecunioſus, gratioſus apud regem, apud multitudinem, magiſtratus. Et accommodanda ſunt hæc moribus, atq; vſu illius, delectatur cognitione veteris memoriæ, eſt eius peritiſſimus, claritate generis hic eſt nobilis: ſtudio armorũ fortis, robuſtur, exercitatus: ſic non vnquã cõmẽdatur nugator nugatori, aleator aleatori, cõeſſator comeſſatori, compotor cõpotori, habet multos agros hic agricola: componit hic optimus librarius: eget miniſtro ad manus hic diligens, & fidelis, & is qui ſemper illum dilexit, admiratus eſt, appetiuit. natura enim diligimus illos, à quibus amore ſumus prouocauit. Solent illa addi talem eſſe, vt ſi proprius cognouerit, ſit nobis habiturus gratiam, quod talem ſibi hominem conciliauimus. non vereri nos, ne mendaces in huius laudibus deprehendamur, ne ve incutiãt nobis aliena peccata pudorem: cautos nos eſſe in laudando, non cenſuiſſe niſi tales commendare. Et quid pęniteat eorum, quos ſua commendatione eſſet cõplexus? multo minus huius, quin & huc omnes ſuperaturum, aut nõ eſſe hũc huius, aut illius ſimilẽ commendati quidẽ. ſed commẽdatione digniſſimi in illo cępiſſe nos documentũ quale demũ commẽdari conueniat. Ad eundẽ modum alia ornamẽta: quæ vnuſquiſq. dato exẽplo excogitare ſibi poterit, vſus quoque ipſe plurima ſuggeret. Ex noſtra parte, ſi nos ille

amat,

amat,cui ſcribimus nec ficte ſufficiat aperire, illum, cuius cauſa laboramus charum nobis eſſe,& illius negocium magnæ curæ exponitur ſæpè amoris cauſa, tum vt ille facilius hoc credat, velut intercedere vetus hoſpitium, multa vltro, & citro beneficia vel officia:affectum à nobis beneficijs gratiſſimum ſe præbuiſſe : nos eo vti familiariter: compluribus locis profuiſſe. nonnunquam vt eiſdem de rebus ab illo diligatur, & ſuum iudicium adiungat noſtro, præſertim ſi quid ille nobis in iudicando tribuit: ſin minus afferemus teſtimonium eius,cui magnā ille fidem habet. charus eſt nobis de eloquentia,de ingenio:quod ille, ſi quid me credis poſſe in hoc cenſere, habet in numerato, litteras Latinas iuxta,& Græcas nouit,vt neminem videat Paulus, aut Budæus,quem poſſit huic anteponere, aut etiam conferre. Solent illa quoque inferri:in hoc homine intelligam quantum me ames, quanti me facias: da quæſo operam; vt hic quamprimum, quam maximas mihi pro commendatione hac gratias agat, habeatque caue credas hanc eſſe ex vulgaribus commendationibus; non vt alium quemuis tibi,commendo hūc,ſed vt ex me genitū cōmendarem,ideoq. & mea ipſis manu hoc epiſtolæ exaraui,quod facere conſueui rarius omnes quibus tecum eſt negocium futurum, an me accurrunt,quod ſciant quanta inter nos beneuolentia intercedat,aut quanti ego te faciam, vel tu me ſuſpicantur plurimum me apud te valere, quod ego eos credere facile patior; & ne hunc errorem eximam,qui eſt mihi gratiſſimus atque honorificētiſſimus,nemini epiſtolas cōmendatitias negare poſſum petenti ad te, Habent principes & potentes viri ſigna quędam inter ſe,quibus dignoſcunt, quam verò & animo commendet,qui ſcribit. nam ſæpè commendationes dantur importunis precibus,non amicitiæ, aut dignitati perſonæ; nec licet interdum recuſare. vnde ſunt illa. Rogatus rogo. Afficio te moleſtia quoniam affectus ipſe prior;tu quid facto ſit opus, videris, multū huic homini debes,qui

sic cupit tibi esse commendatus, vt odio me enecarit, donec id extunderet. tanti scilicet æstimat, cum ego diu repugnarim. hæc signa epistolaria, & Grecis olim & Latinis hominibus fuerunt in vsu. Græci nominabant, sicut est apud Gregorium magnum. Cicero etiã ad Q. Valerium lib. 13. Adijcitur non raro commendatio rei potius quam hominis, vt quod habeat negocium iustum, pium, illi cui commendatur magnificũ, gloriosum, plurimis vtile, Reipublicæ salutare ac necessarium, nos magis laborare in hoc illius ad quem scribimus cura, quam eius quem commendemus: fore eam rem illi honorificam, aut fructuosam: eo beneficio ingentem, ipsi fauorem ac beneuolentiam, vel vtilitatem parari, aut ipsi eidem, aut ijs quibus optimè cupiat, nempè liberis, propinquis, affinibus, ciuibus. declarabimus quid possit is quem cõmendamus suo loco efficere, quod soleat, quid eius parentes, aut propinqui, quid alij eiusdem ordinis aut nationis. Si nos sumus illi cui scribimus charissimi, aut non leuis momenti, nequaquam opus est prolixa epistola, & adcurata: breues quidam velut codicilli, & tanquam testificatio iudicij, ac voluntatis nostræ suffecerint: Sin secus paulò pluribus erit differendum, & preces addendæ, & proximo repensandi beneficii, cum vsus poscat. Exempla commendationum sunt apud Cicer. & Plin. creberrima.

DE REBVS EIVS.

Ad quem scribimus.

IN alterius rebus sic semper scribendũ, vt videatur nobis curæ esse. Si tantũmodo narras nullo ad eã rem apparatu vel arte opus fuerit: simpliciter id poterit expediri. Sin laudas verisimiliter id facito, & ea laudato quę sunt illi tanquã stimulus ad virtutẽ. Nam inuenire est ingenia nonnulla, quæ laude ad præclara opera incitantur, istis adhiberi laudem expediet, vt fuerunt equum plus pinguescere, si plana manu dorsum, & clunes eius demulceas quam pabulo. Sunt contra alij qui, accepta laude, velut mercede,

ob operare desistunt. illis proderit laudatio, his castigatio, vel reprehensio. Sed cum rem illi charam laudamus, licebit nobis esse benignioribus, si tamen ea res existimationi nostræ nocitura non est, nec lau. datæ rei, vt filio vel amico. Fabellæ, aut gestæ rei narratio, festiuitate condietur, vt multum absit à cothurno & figuris historicis. repet leui lapsu vt placidus riuulus, non rapietur vt torrens. nec intonabit classicum, etiam si bella referat. Quid in iocis sequẽdum, docuit Cicero lib. 2. de Oratore, & de Officijs 1. Est & caput apud Quint. de risu: item apud eundẽ, Ciceronem in libris de Oratore. Debet à iocis abesse omnis scurrilitas, ne sordidi sint & putidi; procacitas etiam & petulantia, ne vinolentia sit magis, quã iocus, neu in miserum, & calamitosum simus dicaces neve in probum, & grauem virum. nihil est facilius quam in quemuis dicta dicere: sed id non est cordati hominis, & educati ingenuè. Debent ergo adesse iocis elegantia, vrbanitas. acumen, & facetiæ: in quibus est sedes risus. nam in alij admiratio potius est aut delectatio. Longa res est, de singulis horum prę cipere, & hoc loco, cum eam rem neget Cicero arte tradi posse. quod planè ita est; quippe tametsi paratur nonnihil vel exercitatione, vel lectione, tamen maxima pars naturæ est munus. idcirco cognoscat se quisque, & si ad id non est natus, ne tentet quidem sequitur. n. necessario, vt ipse sis ridiculis, si non sint tua. Qua de causa Demosthenes, cui putant negatam fuisse hac facultatem, nunquam quod iocum. Fideri veller orationibus suis admiscuit. Et ex facetiis sunt aliæ breues quæ in verbo vno, vel duobus certè paucis sunt sitæ: quæ nuncupamus: aliæ fusæ in narratione, atque explicatione rei cuiuspiam. Illud prius genus à paucis intelligitur, nisi acuto ingenio: vnde vetus illud, Perdidi dictum puto, non intellexit. posterius istud imperitis auribus aptius est. Sũt qui iocum nec dicere possint, nec ferre. Et quoniam vel superbia humani ingenij, vel generositate nemo facilè

lè fert nouum superiorem; hæquè omnes epistolæ, præceptoria, admonitoria, consultoria, adhortatoria, castigatoria, obiurgatoria, tanquam ex alto loquuntur, ideo, considerandum, accuratè qui scribat, cui, qua de re. Si receptus superior, nihil necessaria erit præmolitio: aut dulcoratio: tanquam si senex, & prudens admoneat puerum, aut præceptor discipulum castiget, vel etiam obiurget, vel pater filium, vel fratrem natu maior fratrem, priuatos magistratus, modo superior. Non obiurgari Pop. Romanum à censore licebit, à Quæstore aut Aedile nescio an liceret. Sed sit interdum publici boni gratia, qui est validissimus prætextus. Si verò peradmoneat parem, vel si superiorem inferior: vel par aut inferior in vna re superiorem, in alia vel contra, quemadmodū senex probus iuuenem nobilem, aut locupletem, vel doctus Theologus indoctum Episcopum: hic lenimentis opus erit. Considerandum ergo, vt dixi qui scribat: vnde sumuntur lenimenta: non esse mirandum si senex & tot annos versatus in ea re de qua agitur, admoneat iuuenem; sic illum minores se quandoque admoniturum se id debere facere pro publico munere, quippe qui sit concionator, aut magistratus, aut curio. Tum qui ille cui scribis, nō posse te reticere, cū sit amicus paternus, cùm sit velut tuæ curæ commissus pro necessitudine patris & tua. Ab ingenio non posse te adductum tanta indole, & acumine ingenij aliter efficere, quin admoneas, quin consulas, quæ ad absoluendum muneris omnibus tale ingenium pertineant, desiderari tantum hoc ad summum ingenium rogare te. vt id quoque præstet. quo magnum quid, & admirabile in eo videamus. Sic in corpore: formā illius speciosissimam quæ est velut muta commendatio, impulisse te vt cætera velis videre conformia, & digna illa pulchritudine. Iam corpus, & fortunas vel adductū te miseratione distorti; & deformis corporis, vt cupias illum ingenti pulchritudine animi deformitatem corporis pensare, & quasi obtegere:

tanto

tanto etiam futuram admirabiliorem animi pulchritudinem, quanto fuerit in vaſo fœdiore: vt pretioſam gemmam in plumbo, theſaurum in fictilibus, ſic Aeſopum, & Socratem, & Epictetum in maximo pretio fuiſſe. A rebus vitæ: optare te, vt tantæ fortunæ reſpõdeant cætera, aut contra, ne deſit animus, cum deſit fortuna, Oſtenſi vitij grauior eſt multo. Quidam apertam reprehenſionem non ferunt, rectam non ſentiũt, laudes figuratas, & de ſuis ipſorum vitijs accipiunt, & agnoſcunt, tanta eſt in eius ſuimet ignoratio. Sunt nonnulli eo acumine, vt omnia quorſum dirigantur intelligant: ſed reprehendi ſe talem nolunt: alij facile patiuntur reprehendi ſe atque obiurgari, ſed non à quouis. Plane varijs ingenijs, vt corporibus, varia eſt adhibenda medicina; quod animaduertimus etiam ab Apoſtolis ipſis factitatum, in ſtudio illo tam ardenti obtemperandi Deo, non placendi hominibus, Qui ſimpliciter poteſt ſanari, cum eo ſimpliciter agendum. Si laus de virtute, quam non habet, prodeſt, laudetur: quales ſunt nonnulli Principum & potentum, & doctorum, atque ingenioſorum hominum. Si non à quouis admoneri ſe petitur, nec tu ſatis magna auctoritate fultus, inducas maiorem dic eſſe viros graues, qui cum in eo magna & multa bona admirentur hoc vel illud requirant eſſe, qui doleant illum cũ exceptione laudari te verò ſuſcepiſſe illorum negocium: vt ad eum ſententias eorum perferres: quod ſit tibi cum ipſo neceſſitudo, quod frequenter ſcribas, aut quod ſis coniunctus, conſanguineus, affinis, verus ſodalis, condiſcipulus, conterraneus, ciuis ſubditus vetus cliues, vetus aſſecla, aut horum filius, vel alio qui neceſſarius. Sin laudibus inſoleſcit, ac fit inſanior, atque ad apertam admonitionem eſt velut aſinus ad lyram: ſi omnino curæ eſt tibi eius emendatio, rumpe quod aperire non potes, & diſſeca quod nequis diſſoluere: ſimpliciter, aperteque abiurga, tum cirtè fructus fuerit tuo munere, aut ſi periculum adeundum eſt, quid amplius, aut magnificentius, quam

pro optima causa? licebit rationes ostendere quibus impulsus es ad hoc agendnm: vt chirurgi declarant, cur aliquid in ægro corpore vrendum, aut secandum sit, nihil omnino à te, sed vel illo, vel à rebus: quod si tam clarus, quod tibi commendatur, tuæ curæ creditus, vel à parentibus, vel à Christo, vel à ciuitate: vt malis illum tibi inimicum, quam non omnino bene monuisse. A rebus: quod illud eius vitium damno sit multis, cum sit episcopus, curio, magistratus. Rex, & in Christiana religione modo adsit modestia, & præscriptum illud Domini de fraterna correctione, nemo non satis habet iuris in quemuis alium fratrem. Nam si inter eas angustias versemur, vt difficile sit gratum temperamentum obseruare, habemns Apostolorum exemplum ex schola Christi, qui recta ingressi, Deo curabant approbari, se, quemcumque mortalium offenderét. Quod si omnino profuturos non es, sed magis irritatione tua, & tibi nociturus, & alij consultius erit Camarinam non mouere, non solum ex gentilium præceptis, quorum illud est: (Frusta autem niti. neque aliud se faticando, nisi odium quærere, extremæ dementiæ est:) verum etiam exemplo & dictis Seruatoris nõ est prætermittendum quin aliquid semper dulcedinis amaritudini admonitionis admisceamus, idq; à laudibus illius. cætera adesse abundè præter hoc dolendum, si naturam nihil vndique fecisset absolutum: quis non misereatur tale vitium in tali ingenio, aut corpore, aut nobilitate, aut fortunis? Habent consolationes suum locum, at alia penè omnia quæ hic diximus sed quãdoquidem ex singnlis delibamus, de illis quoque est aliquid attingendum. Sumitur ergo consolatio, vel ab eo quem consolamur: non esse istius generis, non decere tantũ ingnium vetus studium, philosophiæ, non probum, & pium, non magistratum, nõ principẽ, se affectare. Vel ex rebus: amissam rem non tanti esse, vt dolorem afferat: non esse amissam, sed intermissam: non perditam, sed profectam; nondum esse

amissam penitus & deploratam; sustineamus nos, & expectemus exitum, ne quod sapiens contulit, miseri simus ante tempus; multa aliter ceciderunt quam metuebamus: plura sunt, quæ nos terrent, quam quæ vrgent ipsum velut patrem, filium, aut necessarium: ęgræ ferre, sic mœreri absentiam, vel casum, vel interitum: illi nihil mali contigisse. immò liberatũ asperis & insuauibus vitæ rebus: profectum ad beatitudinem sempiternã vti spes est de vita sanctè & piè trãsactè, vel de genere mortis tam religiosè. Itaque non illis caussa suscipi dolorem hunc, sed nostra: nec ostẽdere nos illum amare, sed nos ipsos: optimum illi fuisse mori, antequam fieret peior, exosus erat plurimis, aut miser morbis, egestate, infamia, aut periculũ euidẽs de his magnus metus de illius moribus. aut tunc opportunissimum mori, cum iucũdissimum viuere: aut eo tempore, cum nihil erat amplius visurus boni propter coditionem vel publicæ fortunæ vel priuatæ. Ian. ex comparatione rei cum homine: non esse regis dolere pecuniam amissam, à quo animi magnitudinẽ, contemptum pecuniæ, tanquam ab exemplari quodam cæteros conuenit doceri: vel eum facile recuperaturum quod amiserit, alios non item, non esse magni viri, non philosophi, frangi humanis casibus: non flere filiorum mortem, cum sciat genitos esse mortales: non casum amicorum: postremo si gentilis dixit: Placeat homini, quicquid Deo placuit, num non equius & à Christiano cogitari, dici præstari? non decet humanam excellentiã inferiorẽ facere se ijs rebus, quarũ natura est domina: hoc enim est ex regina fieri ancillã. Ex animo eius superfluus est dolor, ex quo nullũ peti potest remediũ. consilium vnde petitur. violẽtia doloris perturbari. Tum exempla adducenda eorũ qui sapiẽrer, qui fortiter pertulerũt impetus fortunæ: ne hoc factu videatur vel impossibile, vel difficile. Sed transeamus ad alia. Ea quæ ad vtriunque spectant; eo temperamẽto tractabuntur, vt erga nostra præstemus modestiam, erga aliena curam fidem, diligentiam,

amo-

amorem : sunt tamen hic expostulariæ, & inuectiuæ. Expostulamus non rectè esse quid ab aliquo actū potissimè erga nos aut res nobis charas. in quo genere imperiosum est nimis. malefactum dicere, & rem atrocitate verborum insectari : ciuilitatis verò, & comitatis causam addere cur quæraris, cur illud rectè factum non sit: & huc se ratio conuertat, vt velis in posterum non fieri, magisque solicitus videaris esse de futuro, quàm dolere de præterito. Sub expostulatione continetur exprobratio, turpis quidem illa & vix tolerabilis, etiam cum maximè necessaria. Ideo aduersa est vna gratiarum à duabus reliquæ illam spectant, per quod significatur meminisse debere, qui accepit: obliuisci, qui dedit. Sed interdum compulit nos ingratitudo aliena ad exprobandum, vel pertractos necessitate, vel dolore. Itaque sic erit moderanda res, vt ne nimium beneficium tuum amplifices: voluntatem potius & animum benefaciendi declares ingentem fuisse. Si ita libet, commoueri te quod huic tuo animo animus illius non respondeat, præsertim cum tu egeas, & illi adsit copia gratię referendæ; aut quod non meminerit beneficij, qui dissimularit, cum de honore, aut commodis tuis ageretur: seu, quod omnium indignissimum est, pro beneficio maleficium reposuerit, qui læserit adiutus. Expendendum cuiusmodi fuerit beneficium; nam quæ ad animum spectant, eruditio, consilia, educatio, minora habentur vulgo, quam quę ad corpus, aut fortunas: cum maiora sint reuera, & honestius exprobrentur : maioreque ingratitudine se alligat, qui præceptori, aut educatori gratiam non refert, si potest, quā qui illi, à quo est locupletatus. Illud quoque diligenter cauendum, ne quis vitio communi in æstimandis suis beneficijs fallatur. hoc enim non natura indidit, sed praua consuetudo, vt vnicuique sua videantur magna, & pulcherrima, aliena non item. In exprobatione minari subtracturum se sua beneficia, non est viro dignum; sed potius se non fore ingrati similē,

nec illius vitio immutatum iri suam probitatem: sed daturum operam, vt non minus posthac sit bonus & beneficus: quin illi etiam benefacturum, quoties existimarit beneficijs suis illi fore opus. Inuectiuæ, si ad insectationem vitij, aliosque ab eo genere vitę deterrendos parantur, ferendæ sunt, alioquin non video quid iuuet acerba rabie congerere conuicia, & maledicta. caninamque facundiam exercere, iuxta verbum Apij Claudij. Ergo mordeat vitia, homini quantum fieri poterit parcat. Interdum propter vitium impetitur homo, præsertim ob futurus, nisi coerceatur: vt impius, vt hæreticus, tyrannus, latro, veneficus, fœnerator, fur, corruptor eduliorum, calumniator, seditiosus, imperitus, aut malus institutor. Colore hoc excusatur tot orationes Ciceronis in Pisonem, Gabinium, Verrem, Vatinium, Catilinam, M. Antonium: tot Demosthenis in Philippum, Aeschinem, Midiam: idcirco ad ea commoda videatur dirigi tota oratio, quæ erigere conamur illo homine deijciendo velut nobis charissima sint, ac curæ maximæ: vt religio, patria, ciues, litteræ, disciplinæ. Res quæ ad vtrumque spectant, sicut fide, ac sedulitare sunt tractandæ, ita, & scribendæ quoque, vt hæ virtutes in illis eluceat. quemadmodum nullam conuenit esse epistolam, in qua non virtus aliqua animi, & grata quædam indoles existat, & quasi se proferat alibi ingenuus pudor, alibi reuerentia, alias comitas, alias humana quædam, & moderata grauitas, tum fiducia erga amicum, fides beneuolentia, honesti respectus, etiam aduersus inimicos placiditas, & animi quędã æquitas. Vehementer cauendum est ne quem epistola offendamus. id nanque altissime insidet: propterea quod epistola nuda est omnino, ac patronis destituta: purgator, lenitor, nullus ei adest, ille autẽ relegendo augetur vulnus, & maledictum interpretando fit acerbius: nemoque est, qui non indulgeat suis doloribus, eoque multo esse maximos arbitretur, vt sua fiunt cuique charissima. Sic videmus arctissi-
mas

mas amicitias vno ambiguo epiſtolæ verbulo diremptas: Quæ à me de rebus medijs ſint dicta. nam in virtute, & vitio quid ſentirem dudum aperui. Res alienas ſub narratione licebit comprehendi.

DE RESPONSIONIBVS.

DVo ſunt in reſpondendo ſpectanda potiſſimum, quo ſcripta ſunt ab eo, cui reſpōdemus, & quo animo. Poſſunt enim res eſſe male, aut parum recte in animo bono, tum condimentum eſt eiuſmodi. vt facile condulcioret amaritudinem rerum. laudabitur animus res ipſas pro illo excuſabimus, nec res poſſe nobis moleſtas eſſe, quarum talis ſit fons, à quo dimanent, mente videlicet, & leuiter, atque amice admonebimus, vt verbis illis paulo deinceps circunſpectiuis vtatur, ne tam integer animus à ſiniſtre interpretātibus per verba parū cautè ab eo prolata, gratiā ſuam amittat. Sin res ſint bonæ, diſſimili animo, quid oberit animū ex rebus cenſere? Itaque dicemus non dubitare nos de animo quādoquidē indicia eius, nēpè res ipſas tale intuemur, hic res commendabuntur. Quod factū eſt à Cicerone in epiſt. quadā ad M. Antoniū de reſtitutione Sext. Clodij, & de liberis P. Clodij. res ſint in noſtrā vtilitatē agemus gratias, & agnoſcemus, amici partes, & ſapiētis cōſultoris: ſi in rē illius, & de nobis e t dicendū, id fiat parce omnino ac mod ce nā illud Traſonicū eſt Orna munus verbis Conuenit huic loco verborū quædam comitas. illū cui damus, maiora eſſe pro meritū dolere nos, quodnā effuſè, tāq. ambitioſe ſimus rogati: hoc ſolū facere, quod nihil magis licuit, vel per facultatem noſtram, vel per illius voluntatem. quo ſchemate vtitur nonnunquam Pli. Iunior: vt de Cornelia, & de filia Quintiliani. Prorſum de nobis ipſis dicemus modicè ac moderatè, & noſtras laudes extenuabimus: vt reuera mortalium omnium bona perexigua ſunt & prætenuia. quę verò nobis tribuentur, referemus, vel in benignitatem dicentis, vel beneuolentiam erga nos, quæ

habeamus vitia, hæc esse nostra propria: quæ autem bona, esse Domini magis testabimur: nos laudâtis probare animum, quam iudicium haud falso amorem fungi cæcum; probitatem illius omnia æqui bonifacere, atque etiam laudare nulla laude digna, quod si is error amicitiam nobis & beneuolentiam eiusce viri conciliarit, seruetur sanè per nos, neque eximatur causa rei adeo nobis gratę. malle nos ipsum in eā partem falli, quam in contrariam refectum sentire. Interdum pudoris est ingenui, nihil penitus ad laudationem respondere, præsertim si qua sunt alia de quibus scribi possit. Sin res ad neutrum spectent, aut sint leuiculæ declarauimus gauisos esse nos illos cognouisse. nisi eiusmodi sint, quæ ægritudinem animi eijciat, vt de bellis. interim agemus gratias, vt D. Bruto Cicero, quod non passus sit etiam leuicula illa à se ignorari. Vicissim, & nos scribemus ea, quorum est ipse cognoscendi auidus. vt litterato de litteris, alijs de bellis, alijs de rebus magnis, inusitatis, ridiculis, vt erit cuiusque vel studium, vel ingenium. Inuectiuæ, ac maledicæ epistolæ vel in totum respondendum nihil est, vel non illico, vbi est reddita: sed sedata commotione illa animi, & refrigerato ardore illo perturbationis, tum expendendum, quid obijciatur, & quibus de causis. Si merito reprehendimur, non solum parata est venia, sed laus etiam confitenti delictum, & cognoscenti, cum licuisset defendere. sin immerito, magna quæritur ex animi moderatione commendatio. quod non remorderis morsus dabitur rationem patefacere, cur quicquam vel feceris, vel dixeris. conuicia verò sines præter fluere. Si quis ostendat retineri se modestia Christiana, ne maledicta ne gerat; & spectare potius quid se deceat, quam quid illum: rē faciet pulcherrimā, modo ita sētiat, ne aliud gerat clausū corde, aliud ore apertū. Christus nō fallitur, cui mētes nostrę sunt perspicuæ: nec est quicquā ęque generosi pectoris, atque remittere iniuriā. Christianis certe exēplo fit Christi, & ingēti mercede. nā

sic

sic quoque remittuntur nostra scelera à Deo. Porro quemadmodum epistolis moderata quędam comitas suaue condimentum præbet, ita redundantia comitatum, palatis quidē sanis insula est penitus, ac ingrata.

DE PARTIBVS EPISTOLAE.

QVod oportet significari Epistola, & cū qui mitteret, & eū cui mitteretur: idcirco Latini, & Gręci omnes statim initio scribentis, & eius cui scriberet, nomen ponebāt, prius eius qui scriberet, hoc. n. natura prius est, īdicari quis faciat, quā cui. Nā salutatione illam, Parmenonem summum suū plurima salute impertit Gnato, vel metrum excusat, vel parasitica consuetudo: quæ etiam illic, sicuti in alijs omnibus ad risum captandum ludebat, Donatus comicū esse dicit, ac festiuum, & parasiticę elegantię. Sic etiā in Persa Planti salutem dicit Toxilo Timarchides, & familiæ. Nec minus est parasiticum, Domitiano Martialis S. vel certè insolentissimæ arrogantiæ principis, qui id exigebat. Excusat Ausonius ad Paulinum, quod nomen illius præposuit suo: Paulino Ausonius, metrū sic suasit, vt esses Tu prior, & nomen pręgredere meum. Nomen in calce Epistolæ scribere natum est ex subscriptionibus, quas olim principes addebant diplomatibus, quarum meminit Suetonius in Nerone. Post vbi acrius inuasit animos ostētatio nobilitatis vnusquisque affectauit videri ortus regio sanguine, & regios mores vsurpare tanquam sibi gentiles & patrios. Alij existimant moderationis esse postremo se loco nominari, quam fatue, quasi minus honestum sit, quicquid vltimum. Nonne animo legentis primum omnium occurrit, qui scribit? quod si penitus postremus esse cupit, ne ponat initio vel ego, vel verbum primæ personæ. Sed hæc, sunt ineptissima, quæ conantur rerum naturam inuertere. natura enim primū in quocunque operę facientē constituit. Quæso, quid absurditatis habet si is primus occurrat oculis, qui primus occurrit animo, & cogitationi? immo quantumcunque abscondas te, & in angulum chartæ secedas,

cedas, resoluta epistola statim à primo lgeris, nisi iam antea sciat, qui legit, à quo mittatur. Epithetis parcebant prorsum, addebant solum, si quid muneris gereret, & cui scribebatur, & qui scribebat. M. Cicero. Imp. Cn. Pōpei magno Procōsoli. M. Brutus, & C. Cassius prætores M. Antonio Consuli. Cic. decimatertia Philippica litteras recitans M. Antonij, Antonius Hircio & Cæsari: neque se Imperatorem, nec Hirciū cōsulem, nec pro prætorem Cæsarem, satis quidem hęc scite. Deponere alienum nomen ipse maluit, quam illis suum reddere. Ab alijs adiectis abstinebatur prorsum. Itaq. nos vsurpabimus nostræ, quæ sunt professionis, aut functionis: Senatori, Consuli Quæstori, Episcopo, Presbytero, Curioni: cętera ex parua consuetudine risum potius, aut fastidium mouēt, quam ornāt. Quid, quod præstabilius est tantum illum existimari, vt oppositis non sit opus: in tanta claritudine nominū superflua sunt illla, vtraque lingua doctissimo, Theologo summo, viro clarissimo, neq. enim libris M. Tullij adicit, quisquam, Oratores facundissimi, vel Aristotelis Philosophi acutissimi. Itaque deprehensum est nihil esse grauius, aut decentius, quam ad Cæsarem sine adiecto scribere, aut ad Regem: quod prudentibus & ingeniosis viris valde probatur. Quintiliani & Plinij temporibus cępit recipi mos, vt omnibus ferè, nisi apertè essent inimici, adderetur suo Martialis de charta epistolari: seu leuiter noto, seu charo missa sodali. Omnes ista suos charta vocare solet Prisci tantummodo filios, aut vxorē, aut seruos, aut libertos dixerunt suos: vt Cicero Terentiæ suæ, Tulliæ suæ, Tironi suo. Sunt inter homines amicitia coniūctissimos, quędam interdum amoris significationes etenim beneuolentia tanquam ignis sæpe numero cohiberi nequit, quo minus foras sese proferāt, & patefaciant vt Conradus Lamayus Hugutiono vnicè charo, Hidiaqueus Hieronymo Augustino dimidio animi sui, Stracelius Crucio.

Et quod de amico Aristoteles dixit, alteri ipsi exitur

ad allusiones veteris memorię, de fabulis, aut historijs petitas: Hiero Ruffaldus Viui Ionathæ suo, Patus Barchero Achati suo. Theseo Pyladi suo. Similes quoque allusiones ad alia rerũ genera possunt transire. Nico. Borbonius Gulielmo Budęo Varroni huius ætatis, Astudillus Io. Galidæ alteri Aristoteli Bonamicus Alciato, idest, Vlpiaco ipsi Regi. Paulus P. Bembo polyhistori, non multum M. Tullio facũdia minori. Velius. Ia. Sa. M. Catoni integritate propè pari (nam moderãda sunt immodica) penè dixerim alteri Paulo. Quæ si raro ponantur, & ad dignos, tum ab ijs, qui creduntur posse iudicare plurimum adferunt auctoritatis, illi ad quem scribuntur, sumuntur enim ceu quædam testimonia. Sed periculum est, ne hæc, sicuti alia omnia honoris signa, vel ambitione, vel peruersitate ingeniorum ad indignos transferantur, & prorsus fidem amittant. Amoris autem notæ magis salutationi, quam superscriptioni congruunt, ne frigidæ, atque ineptæ videantur plerisque, quorum natura fert, vt solis suis capiantur, aliena eis omnia sordeant. Alteræ quoque illę existimationis, & dignitatis, inuidiæ sunt obiectæ; quæ res præclaras solita est semper inuadere, ac arrodere. Sed nomina tamen dignitatum & munerum publicorum diligentius sunt ad amicos in superscriptione, & explicatius ponenda, quam in salutatione; intus enim nos sumus soli, & grata est vtrisque simplex illa, atque extra fucum omnẽ familiaritatis; foris vero multos habemus spectatores, oculos, & censores, quibus est satisfaciendum Sed nos reliqua propositi exequamur. Porro autem vt comitatis est, immo vero humanitatis in congressibus salutare, ita statim post omnia bene precabantur. Latini optabant salutem. Salutem dicit. Salutem P. dicit, S. dicit P. Græci alias & quasi felicitatem: alias quasi gaudere. Romanus salutẽ dicit, & initio statim bonum verbum Salutis, bonum erat nomen sermonis. Pro salute vtuntur nonnulli ritu Apostolico, gratia & pace Dñi Iesu, quę profecto salutẽ omnẽ exsuperat,

nec

nec quicquam potest nomini optari salubrius. Licebit nonnunquam & alia precari ex argumento Epistolæ. vt bonam mentem, bonam frugem, senectam facilem, prosperum coniugium. sicuti est apud Horatium, Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano, Musa rogata refert, socio comitiq; Neronis. Eundem ad modum illud, & iam vetus: Si vales, bene est, à Seneca conuertitur, Si philosophari, bene est, valere enim hoc demum est, sine hoc æger est animus: corpus quoque, & si magnas habet vires, non aliter quam furiosi, aut phrenetici validum est & alia epistola. Si vales, & te dignum putas, qui aliquando fias tuus, gaudeo. Illa vero manuum oscula pro salute, obedientiam, summissionem, & eiusmodi barbaricę sunt, vel imperitiæ, vel arrogantiæ, quid enim illi optas pro salute, vt tu manus illius osculere? egregia profecto salu, & magnopere expetenda. Sunt apud Ouidium genera quædam salutationum festiua, & arguta; vt Quam nisi tu dederis caritura est ipsa salute. Mittit Amazonio Cressa puella viro. Mittit & optat amans quo mittitur ire salutem. hoc modo possent multæ nonfingi: Salutem dicit, qualem ipse non habet, sed optat: Salutem mittit, Salutis expers: Salutem mittit, quæ vti nam eo perueniant, quæ poetis conceduntur, item adolescentibus, tum affectibus commotis. Viris autem grauibus non sunt satis congruentes, quos nec decet ludere, nec animi motibus percelli. Mirantur nonnulli, cur scribens de se tertia vtatur persona, & continuo prima. vt Cicero Lentulo salutem dicit: Ego omni officio, ac potius pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. ea de causa existimāt, titulum illum epistolæ non fuisse partem, sed à tergo epistolæ subscribi solitum, admonendum tabellarium, cui nā esset redditurus. Nos adhuc facimus. ideoque iam multi titulos epistolæ supersedent præponere. Sed fuisse eiusmodi titulos partem epistolæ, & in exordio scriptos, multis & euidentibus argumentis potest planum fieri. Primum quo-

ties

ties Cicero, Salustius Cæsar, Demosthenes, & alij epistolam alicuius referunt, vel suam, vel alienã sic exordiuntur; Antonius Hircio, & Cæsari; Lentulus Catelinæ salutem L. Catalina Catulo S. Cn. Pompeius Domicio. Ouidianæ epistolæ idem illud habent initium, & si more poetico variatum. Quid attinebat, si illa tabbellario scribebantur in historia referre? cum satis fuisset dicere, epistolam esse illius ad illum. sed nimirum epistolam integram volebant subijcere ab initio ad calcẽ Cicero, de lege Agraria: Is videlicet antequam veniat Pontum, litteras ad Cn. Pompeium mittet, quarum ego iam exemplum ab istis esse arbitror P. Seruilius Rullus Tribunus plebis, decem vir S. D. Pompeio Cn. Et non enim credo ascripturum esse Magno: non videtur id, quod imminuere lege conatur, concessurus. Sed apertissime primo lib. Epist. Cic. Valerio Iurisconsulto S.D. Cur enim hoc tibi nõ gratificer nescio, præsertim cum his temporibus audacia pro sapientia liceat vti. Non videtur salutatio posita à tergo, alioqui quomodo id scripsisset Cicero: Cur enim hoc tibi non gratificer, cum nihil adhuc de iuris prudentia dixisset. Plutarchus in Demosthene scribit inuentium in libello Demosthenis initium epistolæ eius ad Antipatrum regem Macedoniæ: Demosthenes Antipatro, nec aliud quicquam; Liuius lib. 34. de epistola Syracusanorum ad Marcellum: Prætores Syracusani Marcello suo S. tum secundum salutem, vt solet recte eum, atque ordine fecisse, &c. & in iure ciuili de negotijs gestis, Hensenius Apollinaris Iulio Paulo S. Et in summo adscribi solitũ hunc titulum, declarat Lucianus in Parasitico: Quin & illud inquit, mihi perridiculum videtur, si in epistolis in summo, quemadmodum solemus scripserimus. Simonidi parasito. Denique nulla est veterum epistola, quę non titulum illum habeat, siue ab auctore suo posita siue ab alio citata. Si is titulus tabellario erat adscriptus cum mitteretur, certè nihil fuit necesse addi, cum ab illo referretur. aut ederetur ab auctore, sed hac de

re

se argumentorum satis; quæ eo adduxi, quod nō quilibet de plebe, sed docti nōnulli homines sunt in cōtraria sententia, & ita contendunt fuisse quemadmodum ipsi opinantur, solum ob tertiam illā personam. Dicit, nec considerant, non solitos priscos illos homines nomini suo primam addere personam, etiam de se loquentes, sed tertiam: vt in rationibus & concontractibus. P. Scipio fatetur se debere, vel accepisse, vel recipit daturum se, aut quid simile: potius quā, Ego P. Scipio fateor. Insecutis deinde sæculis receptum est, in prima persona dici: porro epistola antiquissimam consuetudinem retinuerunt. Sedes transeamus iā ad reliqua propositi. Fuit olim mos vetus quem Seneca vsque ad suam ætatem seruatum scribit, epistolas sic exordiri. Si vales, bene est, ego quoque valeo. Plinius Cæcilius Fabio Iusto S. Olim nullas mihi epistolas mittis nihil est, inquis, quod scribā: at hoc ipsum scribe nihil esse, quod scribas. vel solum illud, vnde incipere priores solebant: Si vales, bene est, ego valeo. Id varijs modis enunciabatur: Si vales, valeo: Si vales bene est, ego valeo. Dolabella Ciceroni. Si vales, gaudeo; equidem valeo, & Tullia nostra rectè valet. Et Cicero, Terentia minus belle habuit, sed certo scio iam conualuisse eam. L. Lucceius Ciceroni: Si vales, bene est, ego valeo, sicut soleo, paulo etiam deterius, quam soleo. Lempid. Sen & Pop. Romano: Si vos liberiq. vestri valetis, bene est, ego quoque valeo. Interim non adijciebant quicquam de se, cum non rectè valere volebant significare, animo præsertim: aut sibi esse curæ illorum salutem, suam non item illis, vt Metellus Ciceroni: Si vales bene est. Cicero Metello: Si tu exercitusque tuus valetis bene est. Quæ particula obijt ex vsu. sicut ille in orationibus, Iouem ego optimum Maximū; sed non ita, quin addi possit aliquando debeat, orneq. epistolam.

DE ORDINE EPISTOLAE.

ORdo in epistolæ corpore nullus est certus, pro re nata ad scribendum, & exordiendū vndecunq. libue-

libuerit nihil ſimplicitate illa iucundius inelaborata. Cicero cum narranda habet multa non eſt valde ſollicitus, quod primum faciat, quod ſecundum, promiſcue ſpargit, & refert, vt veniut in mentem, prius vbi eſt abſolutum', adiungit quodcunque eſt collibitum ex abrupto. Itaque & reuocat ſe crebro, & à ſe rogat: quid etiam? quid amplius? quid præterea? Ergo ſic interdum narrat, vt niſi prius rationem cognoris, difficile ſit diſtinguere, quod prius ſit, quod poſterius. Id verò ſi quis velit euitare, & narrare diſtinctius, ex pręceptis narrationis petat, quemadmodũ ſit acturus. Iam veluti quædam vincula poteris adijcere, quę priora poſterioribus coniungant: Habes de hoc, accipe nunc de altero: audiſti de Britannia, audi nunc de Italia: hactenus de bellis, iam ad litteras de Republica ſatis nunc de priuata noſtra. Cicero: Sequere me in campum, ardet ambitus, &c. ſed cum ad perſuaſionem tendit epiſtola, maiore artificio erit opus quod quanam via exequeris, ex arte ſumito, quin, & à primo ſunt iam nobis expoſita nonnulla. In reſpondendo promptiſſimum, & commodiſſimum eſt ordinem eius, cui reſpondemus, ſequi. Sed fit non raro vt expediat quædam anteuerti, ſine quibus progredi non poſſet epiſtola, & fruſtra iactarentur multa verba, illo impedimento oblecto, quod ſtatim eſt amoliendum, vt ſi quis in calce, aut medio epiſtolæ ingratitudinis, aut maleuolentiæ accuſetur hui enim occurrendum eſt ante omnia, niſi forte ex reſponſione ad alia facilius diluatur crimen: Exempli gratia: Garſias Arabianus Nicolao Valduræ ſuo S. Velim cures mihi tapentes aliquos ad ornandum cubiculum. Symon à manu meus annumerabit tibi pecuniam, eamq. in rem mittes aliquem ex tuis, quo fiat tibi negocium leuius. Nã etſi mea in te ſunt officia nõnulla, tua tamẽ pro me grauaris quicquam facere, niſi vt multo ſi leuiſſimum Valdaura Arabiano ſuo S. Ex quo te Louani habitare velle cognoui, quod velſ tibi bene vertere, nõ deſtiti, quę ad inſtruendũ tuum

cubi-

cubiculum pertinerent cogitare,& lintea prouidi,de quo teſtis tibi erit tuus Symon:& aulea, tametſi de me veiut ingratitudinis apud animum tuũ vel accuſas,vel, quod indignius eſt, damnas:quam ſuſpicionẽ malim tibi rebus ipſis,eximi,quam verbis. Itaque dabo operam, non vt leuiſſima pro te ſuſpiciam, neque enim tu es ita de me meritus: ſed vt leuiſſima mihi fiant,quæcunque pro te ſuſcepero. Incidit non raro, vt ex occaſione verbi, aut dicti alicuius ad caput aliud reſpondeamus longe diſſitum, etiam cum priore ſcribimus:hinc venit in mentem mihi,ex hoc verbo vel dicto admoneor, vt de hoc aut illo dicam, & quia mentionem fecit de Concilio,ſcito pontificem, & Cæſarem magnis, & conſultationibus concilium aliquod moliri. Sed vt eſt genus hoc epiſtolare cum primis liberum, licebit etiam ab vltimis exordiri reſponſum, vt Cicero fecit ad Quin. Cornificium libro epiſt.11. Sunt molles quidam tranſitus, & lepidi ad continuationem ſequentium, vel eorum quę ſis oblitus Mane pauliſper nam eſt aliud quod adijciam:nõ grauabor hoc quoque adſcribere in tuam vel Maluẽdæ gratiam: quæſo ne graueris hoc quoque legere. iam iam obſignaturo venit mihi in mentẽ,quod præteritum minime oportuit: ſed quam pene exciderat mihi, quod erat præcipuum: quam multa ſcripſi, qui oblitus eram id quod iure futurum fuerat primũ: leue eſt quod adſcribere, ſed non omittendum tamẽ. Cicero plerunque nihil horũ curat. Ad extremũ litterarum addi ſolet,ſi quam aut ſalutatum,aut reſalutatum volumus: aut ſi qui eos ad quos ſcribimus, aut eorum amicos vel notos ſalutarẽt,reſalutarẽtve Atticæ,& Pilię S.Dionyſium velim ſaluere iubeas. Terentia tibi S.D Piliæ puellæ,Cæcilię belliſſimæ.S. dices. Saluebis à Cicerone noſtro.Cic.tibi P.S.D.Hic,vt digredientes, bene precantur mutuo: id enim humanitas docuit: litterarum exitus felix eſt omen, vt ingreſſus. Græcis eſt quaſi Vale: quod etiam Latini, tum & Salue. Catilina apud Salluſtium Per filios

tuos

tuos rogatus aueto: puto ex perturbatione animi & tumultu, in quo scribebat, quin etiam. Cura vt valeas, fac valeas: si me amas, valetudinem tuam cura diligenter. Vale etiam atque etiam: & Saluem Tiro. Hæc vetera, sed illa aptiora vsui vitæ, & magis profutura; Christum precor, vt quæcumque egeris, secundet, & feliciter tua omnia sinat euenire: seruet te Dominus: pax & fauor Christi sit tecum: opto tibi bonam mentem. Aegidius Calentius reliquit epistola haud sane absurda, in quorum calce pro Vale, addit semper cōgruens argumento verbum si quem aduocabat, Curre, vola: si cui nunciabat læta, Gaude; sin tristia, Plorato. Quiddam interdum, simile fecerunt veteres, sed non erat in eis perpetuum, vt in isto. Cicero D Bruto: Vince, & vale. Fabritius Pyrrho: Tu nisi caueas, iacebis. Sed bene precari est multo decentius & congruentius. Postremo quoniam è re est illum cui scribas, & vnde, & quando epistolam dederis, cognoscere, locus & tempus adscribebantur. Locus hoc modo: Datum Lucæ, scriptum in castris, Vale ex castris, ex vrbe Capua, data apud Valentiam, in vrbe Valentia, Louanij Lutetiæ, ex rure. Epistolam inquit Cicero datam à tribus tabernis: ex castris, ad imam Candauiam. Cicero T. Antico ex rheda scripsit, & de phaselio. Ex tempore cognoscitur, quæ epistola prior sit, quæ posterior, hinc enim haud raro voluntatum pendet, & sententiarum interpretationes quemadmodum in edictis, legibus, deplomatibus principum Augustus horas quoque epistolis adscribebat, vt est apud Suetonium. Annos illi consulum nominibus denotabant, quibus facti signabantur. & acta omnia tum priuata, tum publica. Vnde illud iurisconsultorum. Ne istrumentum fiat sine die & consule, in epistolis amicorum rarius adscribebant, nisi rem contineret dignam, ob quam id fecerunt. Athenienses habebant suos Græci Olympiades, alij alias notas temporum. Nec solum tempus prætermittebāt, sed etiam locum, cum nihil referebat addi, vel quia

iam is ſciebat cui ſcribebatur, vel ratio materiæ non poſcebat. Neque verò in loco,& tempore,& ſalutatione erat vllus ordo certus,ſic enim ſcribebant.Vale. Romæ Nonis Iunijs. & Vale Noni Iunij. Romæ: & Nonis Iunij, Romæ, Vale. Si quid vel exciderat, vel veniebat in mentem vt adderunt, ſine præfationibus id faciebant,rurſus apponebant. Vale: quod ſi iterum liberet quicquam adſcribere, faciebant ad eundem modum, Iterum, vel tertio Vale: Itidem quoties placeret.cuius rei exempla ſunt cum alia permulta,tum in primis apud Cic. 12. epiſt.ad Atticum. Sed nos pro feſtis veteribus vtemur noſtris: olim illi, Vale. Quinqua tribus, Vale Rubigalibus, Vale Vulcanalibus,Floralibus: quin nos etiam, Vale natali Seruatoris, Virginis matris, ferijs D.Martini,Conuerſionis Pauli,niſi forte pudet ac pœnitet nos noſtrorum diuorum, ad quos nulla eſt illorum deorum comparatio. Pro Calendis quoque Idibus, Nonis, expeditius eſt diem menſis adſcribere, quinto Ianuarij, ſexto Nouēbris, crepuſculo diei, conticinio noctis, multo mane,bene mane, de media nocte, de medio die, in ipſo feruore diei, in rigore noctis mediæ, aut extrèmæ. Romanis conſulibus, & Atticis ſelicior computatio, à nato Domino Ieſu ſaluatore generis humani. Anno à Chriſto nato,ab orbe redempto, à filio Dei incarnato, à partu Virg. Si varia ſint ſcripta, quod maximè infixum volemus menti, id repetemus poſt Vale. vt, Vale mi Honorate, & litteras cole, quæ te principem virum efficient noſtræ ciuitatis: Vale etiam atque ètiam mi Pobalci, & cura vt ipſe è colicha mea rectè valeā. Verum loci,& temporis aſſignatio longe videtur mihi aptior,& congruentior negocijs, ſi ſtatim in capite litterarum denotentur; quippe ſi dies aliquot aſſeruetur epiſtola, & res variæ contingant,maxima ſequetur perturbatio.quæ res quo tempore acciderit ſin verò peregrinemur,nec vnde ſcribamus ſcire poterit. Ad effugiendam confuſionem hanc negociorū, Cicero quandoque media epiſtola ſignat diem: hæc

ſcripſi,

scripsi, ad quintum Calen.Iunias. Itaque commodissimum mea sententia, & ad euentuum, rerumq. omnium diuersitatem in primis appositum fuerit, hunc in modum, aut similem quempiam scribere: I. L. Viues. G. Budeo suo facilem senectam optat. Burgis tertio di e Ianuarij M.D.XXXIII. Cæsarem narrat esse Mantuę, inde profecturũ Bononiam, Agimus Epiphaniam Dñi; iam pro certo hebetur illum cum Pontifice cõgredi, & maximis de rebus quotidie cõsultare quę sunt tot Christiano nomini cũ primis vtiles. Hic dies est octauus Ianuarij, de Concilio ferunt ills agitare. Christus illi impartiatur suum spiritum. Dies est iam decimus mensis. sum Gandaui proficiscens Bruxellè accipi litteras tuas duabus epistolis eodem fasciculo, ad omnia fermè respondi, prętérquam de necessario illo tuo, quem non dũ vidi sed expectatur hic quotidie. hæc epistola quia fefellit me qui erat profecturus nondum est missa in hunc diem, qui est prędicti mẽsis decimus tertius: perueni Bruxellam, conueni amicum tudm, quem sum de negocio tuo allocutus. Pollicetur suam operam omnem, tu, vt soles, quicquid euenerit, magno sis animo, opto tibi fauorem Christi. Iam pudet me tam diu asseruatæ epistolæ, vigesimus est mensis; ex ijs, quę ille est cum Scæuola collocutus, non videtur esse eo in te animo, quem existimabamus, cum hic esset; sed dum Christus bono sit in te animo, humanas vtilitas facilè neglexeris. Saluebis Cranaueldio nostro. vxori tuæ salutem ex me P Brixius saluebit à me officiosè: & accuratè. Item Beraldus, & Tusanus. Quid etiam? Quid ad hæc? nam vereor ne in epistola toties in manu resumpta desit aliquid, quod non esse adscriptum doleas, nihil occurrit, adsit tibi Christus. Epistola hæc vna suffecerit pro exemplo, ad ostendendam formulam. Salutem & Vale non damno, nec diem & locum in calce: quibus ipse hactenus sum semper vsus, nempe antiquis, & receptissimis sed oratio hæc noua scribendi, nec inerudita videtur mihi esse, & præsentium rerũ statui

congruentior, non solum in Latina lingua, sed in vernaculis, quibus etiam præcipimus, & prospicimus, non solum Latinè; etsi huic, vti par est potissimum. Adde his, quod precationes magis religiosæ sunt, magisque optabiles. In calce epistolæ, si ea sis aliena manu scripta signum aliquod addendum, quo declares eam non esse adulterinam; atque suppositiam, sed abs te profectam. Inquo erat apud veteres parata fraus quippe quibus facile esset negare abs se esse missam. Cicero in Antonium Philippica 2. quem locum adscribam totum, quia sumitur ex prudentia communi: At etiam litteras, quas me sibi misisse diceret; recitauit, homo & humanitatis expers, & vitæ communi ignarus. Quis enim vnquam, qui paulum modo bonorum consuetudinem nosset, litteras ad se ab amico missas offensione aliqua interposita, in medium protulit, palamque recitauit? Quid hoc est aliud, quam tollere è vita vitæ societatem, tollere amicorum colloquia absentium? quam multa loca solent esse in epistolis, quæ prolata si sint, inepta esse videantur? quam multa seria, neque tamen vllo modo diuulganda? Sit hoc inhumanitatis tuæ, stultitiam incredibilem videre. Sed quid oppones tandem, si negem me vnquam istas litteras ad te misisse? quoque teste conuinces? in chirogtapho? in quo habes scientiã qu æstuosam? qui possis? sunt enim liberarij manu.

DE SVPERSCRIPTIONIBVS.

DE superscriptionibus nihil habemus antiquorum, quod quidem certo possimus affirmare, qua de causa existimarunt nonnulli titulos fuisse superscriptiones: quam opinionem paulò ante satis refelli. Sed suspicor multis epistolis non fuisse additam superscriptionem: sicuti nec intus in calce, locum, aut tempus. cũ iam alioqui sciretur, aut nihil referre, Itaque vobis is cui perferenda epistola dabatur, cuinam esset redditurus, nouerat: nihil erat superscriptionis opus fere autem eam ad rem vel domesticis,

vel

vel notis hominibus vtebantur: quod si publico tabellario committerent, is vtique signa dignoscebat. Sed coniecturarum satis. Superscriptio certè hoc tépore necessaria est. Et constabit nomine eius, cui mittitur: adiecta vel dignitate, vel functione publica. sicut in titulo Cn. Pompeio Magno Proconsoli Imperatori. Ludouico ab Aula fiduciario, & cubiculario Cæsaris Epitheta sapientiæ, claritatis illustrationi, & alia vere sunt, quod dicuntur, superiecta: non honorant superscriptionem, sed onerant: nihil est eis mendacius, vel absurdius, iam etiam pueri hæc ridet. At vt in titulo dicitur Suo, ita in superscriptione Meo. nam hic, qui scribit, iniungit tabellario vt perferat, vel reddat eas litteras: alterum enim illorum verborum subauditur. Fernando à Toleto herili filio comitis Auripensæ meo: in quo intelligẽdum reddes vel Ad Fernandum, &c. in quo perferes Familiares, & qui optime cupiunt mutuo poterunt verbum aliquod addere amicitiæ suæ notam. Amico meo vnico, maximo, summo amico multo mihi charissimo, iucundissimo, suauissimo, ad patres, præceptores tutores. & eiusmodi; mihi semper verendo, honorando, sed hæc modicè, seu potius intra modũ. Post hæc signatur locus vbi ille sit: Romæ, Lutetiæ, Burgis, Valentiæ. Sunt qui ipsi adferunt loco notitiam, & claritatem, potius quam è diuerso, vt reges & principes, ad hos, & ruditatis, & ineducationis est locum adscribere.

DE DICTIONE EPISTOLAE.

Epistola imago quædam est quotidiani sermonis, ac colloquij cuiusdam perpetui, nec enim in aliud est inuenta, quam vt absentium sermones referant, ac repræsentent. Itaque illud debet potissimũ efficere, vt quam proximè poterit, colloquia & sermonem familiarem exprimat, prudentum dico, & eruditorum. Nam optimè quæque sunt arti æmulanda, quo mediocria saltem consequatur. ita est enim vnaquæque ars absolutissima, vt maximè ad naturam

suam accedit. Sermo autem noster quotidianos simplex esse debet, & rectus, & naturalis dummodo purus & castus: quippe coinquinatus, & sordidus, hominum vel impuritorum, vel dissolutè negligentium. Excultus porro, atq. ornamentis nitidus, ac splendēs, vel insolentiæ est atque arrogantię, vel putridæ, ac puerilis ostentationis quod si talem decet esse vestrū sermonem, profecto non aliam esse epistolaré dictionem conuenit, vmbrā atque imaginem, & quasi vicariam illius. Itaque veteres plurimi ornari existimabant epistolam simplicitate, & excultissimam esse sine cultu, modo abessent sordes, vt venerabilior est ille in matrona simplex, & parabilis ornatus, quā splēdidus & sumptuosus. Idem in viris contingit, quos effeminatos esse dicimus, ac moribus parum viro dignis, si solicitus mundicijs videmus deditos: vt fœdos illos & deuitandos, qui in squallore, pedoreq. computrescunt. Ergo illam vnam esse artem epistolarem in eloquendo censebant, nullam adhibe in artem : modo stulti sensus, aut inepti, & nimis perturbatus abesset ordo, tum vocabula essent pura eius linguæ, qua scribebatur; grandia enim selecta, tumentia affectata non dedecori putarunt esse epistolæ, sed irrisioni, vt pauonis pennas in cornicula. Hoc epistolis suis comprobant magni omnes viri: qui si eisdem de rebus in epistola loquantur, quibus in oratione, aut iusto libro, stylum protinus mutant, & verba totumq. illum rerum, & verborum apparatum, demittuntque se ad humilitatem illam epistolarem, quæ tanquam frugi puella, ac modesta, minimeque loco claro nata, abunde compta est, si absit deformitas, & sordes. Ergo Cicero aliter ad amicos loquitur de causa Milonis, aut prouincijs consularibus, aut de consolationibus, quam vel apud iudices, vel in Senatu, vel in Tusculani. aliter Augustiuns de pietate in libro de Ciuitate Dei, quam ad amicos: alio stylo, & inuentione. Plin. de laudibus Traiani ad amicos, quam in Senatu. de Philosophia Seneca elaboratius

in

In libris de Ira, aut de Tranquillitate vitæ, aut Naturalium quęstionum, quam ad Lucilium. Plato quoque ad eundem modum. de Hieronymo taceo, qui non epistolas videbatur scribere, sed libros quamuis ipse de temporis angustia, & tarditate notarij haud raro conqueratur. Sed vt de Cicerone loquar, eius epistolæ adeo sermonem eius domesticum, & familiarem exprimunt, vt ego illum non aliter cum vxore, cum liberis, seruis, familiaribus, in foro in campo, in balneo, in cubiculo, in triclinio loqutum existimem. Iam ordinem ita neglexit, vt vndecunque visum sit exordiatur, & repetat, & addat, & recipiat se, & reuocet nihil tale est in orationibus, aut libris philosophicis. Atticum quoque hortatur, vt scribat quicquid in buccam venerit. Seneca ad Lucilium lib. 10. epist. Qualis sermo meus esset, si vna sederemus, aut ambularemus, illaboratus, & facilis: tales tales esse epistolas meas volo, quæ nihil habeant accersitum, & fictum, sed si fieri posset ostendere quam loqui mallem. Apollinaris Sulpicij iudicium, quo Plinij stylum in epistolis Ciceroniano anteposuit, indignum est, quod referatur, nedum vt refellatur, nam nec ipse rationem vllam sui dicti addit, & imitatorē se profitetur Plinij, à quo abe.t longissimè, vt hominis iudicium cognoscas. Verumtamen quod de simplicitate dixi, non est hoc velut in puncto insectili positum, quin liceat intra illos limites huc se, & illuc non nihil porrigere. Nam sicut in alia omni sermonis forma, ita in hac disputandum est, quis, cui qua de re dicat. In adolescente non fertur solum, sed laudatur etiam dictio comptior, lętior, elaboratior, distributio, & ordo rerum, descriptio: denique commendatur studiosa diligentia. Sunt qui accuratis ad se epistolis delectantur, vt homines docti, acuti, ingeniosi: alij contemptum interpretantur sui, ni eleganter, & ornatè scribas. qui sunt nimiam curam despuant, quasi putidam. Qui aliquid petit,

alieno ſtomacho ſubſeruiat: qui nihil ſuo. Res quoque aliæ ſecum ipſe adferunt cultum ſuum, vt de bellis, de republica, de moribus: aliæ nolunt niſi cum ſplendore dici, ac ne poſſunt quidem. Quintilianus ſermonem, & epiſtolas ſolutas vult eſſe numeris, niſi cum aliquid ſupra naturam ſuam tractant: vt de republica, de philoſophia, de laudibus, & vituperatione. Idem Seneca aduersus epiſtolę ornatum adeò ſeuerus, hæc ſubiungit: Non mehercule ieiunia & arida eſſe volo, quæ de rebus tam magnis dicentur. neq. enim Philoſophus ingenio renuncia: multum tamen operæ impendi verbis non oportet. Veteres illi, vt de negotijs modo ſcribebant, ſimplici illo, & naturali vtebantur, loquendi more, malebantq. quod eſt prudentię, indoctius loqui, dum apertius; tum errorem in verbo committere, quam in re. Vbi aliæ res acceſſerunt, plus eſt adhibitũ curæ, quod fecit Seneca ipſæ Cum verò nihil fuit, quod ſcriberetur, pręter mellitas epiſtolas, aut etiam felleas, inanes tamen à negotijs, atque vmbratiles, inſtituerũt eas ornamentis, cultuq. conueſtire: vt quę cognitione rerũ non poterant niti, ac ſuſtineri, certè venuſtatē, atque ornatu ſubſiſterēt. nam alioqui quis vnam illarũ ſuſtinuiſſet perlegere, vacuã rebus, & inopē verbis? Tales ſunt epiſtolæ Plinij Cęcilij. Quin obſeruatum eſt etiã M. ipſum Tulliũ aliter ad alios, & alijs de rebus ſolitũ ſcribere: elaboratius ad Brutum, quam ad Atticum, cùm aliquid cõtendit impetrare, quàm cùm narrat: velut ad L. Luceium, quam ad Varronem, cum conſulatur, item ad M. Marcellum. Et alioqui ars, & exercitatio Ciceronis & ingenium excellens hoc præſtabat ei, vt oblata, & naturalia in eo viderentur, quæ extimo eſſent producta artificio. Sũmo hæc eſt, vt meminerimus eſſe epiſtolam, hoc eſt, puellã plebeiam. in quibus, & ſi aliæ alijs ornantur excultius paulò, & purius, mũdum tamen patritiam non æquant, vti nec famulæ dominarum. Aliud eſt, inquit Plin. ſcribere hiſtoriam, aliud epiſtolam, etiam de eodē argumento. Idem Plin. praeſ-

sam, & astrictam velut esse phrasim epistolarē: sic tamen, vt ne sit ieiunia prorsum, ac strigosa, neve arida habebit succi aliquid, & eum leporem, ac gratiam, quæ in astricta dictione, & simplici illa dicendi nota, sæpè numero vel maxima: Ideoque nec tropos continebis crebros, nec translationes varias, nec allegorias frequentes, aut longas, nec confirmationes alias, nec verba grādia, & magnifica, nec concinnam, & numerosam structuram: Hęc quidē de genere vniuerso. nam in formis variatur seruata generis ipsius natura, sicuti ostendi. Quæ præcepta de elocutione, trāsferri ad artem ipsam vniuersam possunt, quæ cùm celari vbique par sit, tum in epistolā adeò debet esse tenuis ac prope nulla, vt à magis ipsis artificibus vix queat deprehendi; & hoc, vti de phrasi docuimus dirigendum est ad considerationem personarum, & rerum. Quidam de epistolis componēdis disserētes de proœmio tradunt, de narratione, confirmatione, peroratione de inuentione, dispositione, elocutione, ex rhetorum præceptionibus repetita: quod planè est superuacaneum & loco huic alienum. primum quod nulla est ferè epistola, quæ habeat quinque illas partes: nec tantum artificium tenera hęc puella sustinet. Deinde & si proœmio nonnunquam vtarur, & colligat, ac cōficiat argumenta, vel depellat, & ordinem sequatur, rebus in suos locos distributis: idem faciunt omnes sermonis species, consolationes, gratulationes, dialogi, panegyrici. quid ergo, quoties de aliquo illorum præcepta tradētur, omnia artis ferramēta, & arma in mediū proferemus? Quę artis sunt semel oportet exhiberi in genere, vt quādo opus sit, singulis accōmodentur formulis. nullius enim harū sunt propria, minimè omniū epistolę, quę minimè vel indiget, vel vtitur. Ad doctos, & occisos scribētes licebit allusiones admiscere ad fabulas, ad historias, ad prouerbia, ad res naturæ, ac morum, ad dicta prętantium scriptorum: modo breuiter, non tā explicandi gratia, quam velut puncto signandi, & indicandi digito. Etiam in

reconditis rebus vtile est ænigmata inserere:quod videmus Ciceronem fecisse crebro ab Atticum: ne si litteræ in alienas manus deuenissent, atque aperirentur, proderetur quod ille opertum volebant omnino esse occultum. Et iam verba Græca immiscet altera duarum occasio num,vel cum aptius id Græcè dicitur,atque appositius quam Latinè: vel cum non vult à quolibet intelligi, ideoq.abstrusis,& Homericis plurimũ verbis nec passim cuiuis expositis vtitur. Nobis quoque si negocium poscat,velare sententiam nostram cõcederetur sermone alienissimo ab eo,quo scribimus: velut si Hispanicè sermone Teutonico, aut Britannico;neque enim, vt paulo ante admonui, de sola præcipimus Latina lingua. Quid quod etiam in ea ipsa verbo Germanico,vel Scotico, ei tamẽ cui scribimus cognito, sensum obseruare quis vetat,si id rei qualitas efflagitet. Nam Cicero,non quod lingua Græca elegans, & exculta esset, vt quæ maximè, vel potius supra cæteras: idcirco res arcanas illa contegebat:sed quod nota Attico, reliquis verò ciuibus nõ tantopere, quod si aliam à Romanorum vsu semotiorem Atticus sciuisset eam ipsam vsurpasset Cicero in rebus, quæ nolebat euulgari. Et quando cuiusque principis comitatu sunt homines multi lingues, repertum est genus quoddam notarum reconditissimũ: cifras vocant,e quibus nemo vnquam sensum exculpet nisi abecedarium, & significationem verborum teneat, quæ inter illos conuenit: quemadmodum nec Laconicam scytalam quisquam legerit,ni baciliũ habebat per omnia illi parem, ad quem erat lorum contortum, & conuolutum. Sunt etiam in epistolis Ciceronis, ad Atticum præcipuè, multa breuia & præcisa:quam autumo phrasim fuisse sermonis Latini familiaris illo vtique sæculo omittit,enim verba, potissimum. Dico, Mitto, Scribo, Venio:

MISCELLANEA
DE VETERVM
CONSVETVDINE
EPISTOLARI.

Tum agendo, tum loquendo, ex Cicerone potissimum.

Addita sunt etiam nonnulla nostri vsus.

ANtiquissimi homines epistolas solebant in tabellis scribere, quod Homerus vates docet in fabula Bellorophontis. Is mos durauit vsq. ad Romana tempora, vti ostendunt scriptores Latini, Plautus, Cicero, & alij. vnde qui litteras perferrēt, tabellarij nominati: quod nomen etiā nunc manet, cum tabellis iampridē non vtamur, sed vt alia propter vim, atque vsum eundem est Grçcè, & à quibusdam nostris Veredarius dicitur sed hic non tā est qui litteras perfert, quam qui veredis subinde mutatis, breui tempore magna itinera conficit, cui litteras solemus cōmittere, vt celeriter perferantur. Codicilli quoque appellationem suā sumunt ex tabellis Litteræ dicuntur, & litterulæ diminutiuè, sicut epistola, & epistolium. Exarare litteras, componere epistolam, & formare epistolā, & dictare. qui vero scriberet epistolas domini, librarius, & scriba. sequētibus temporibus notarius: & ab excipiendo, quæ alius dictaret, exceptor. A manu autem, & amanuēsis puer est, quo vtimur quasi ad manū in ministerijs intimi cubiculi: qui etiam ad manum appellatur. is interdum excipit, quæ nos dictamus vel præscribimus, secretiora quam

vt

vt alijs velimus cõmunicari, aut leuiora quam vt necesse sit librarium propter illam accersiri. Formalis epistola est velut forma, & ea non aliarum illius generis, quales sunt principum; quæ ad certam quandam formam, velut obseruatione religionis conscribuntur. Tabellis successit, charta primum membrana pergamena: huic verò hæc nostra papiracea. Erit genus chartę epistolaris, cuius in apophoretis Martialis meminit, tenue, lene, firmum, aptum epistolis scribendis. Vna in facie olim scribebant. nam quæ duabus essent scripta, ea nuncupabant episthographa, cuiusmodi erat & Orestes ille iuuenalis. Scriptus, & in tergo, nec dum finitus; propterea quod vna tantum facies erat leuigata, & litteris recipiendis idonea, nẽpè, interior, quæ carnea sane nuncupetur: exterior autem villosa. Vtebantur etiam membrana deletili, palimpseston dicebant. Cicero Trebatio: nam quod in Palimpsesto, laudo equidem parsimoniam, nescio tamen quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc non scribere: nisi forte tuas formulas: non enim puto te meas epistolas delere, vt reponas tuas. Rationes loquendi in epistolis hæc propemodum: & eiusmodi vsurpabant: Qui epistolam perferet, pertulit, perfert, quorum primum spectabat tempus post scriptionem: alterum post redditionem; tertium est tempus præsens, quod latet solet extendi: sicuti quis prandet apud nos? Barcherus, & Patus: de pransuris. Nihil habebam, quod in præsentia scriberem, scriptione dignũ, ad te præsertim nullum erat argumentum, nulla materia, causa, occasio scribendi, scriptionis, epistolæ, litterarum: eoque breuior est, erit. hæc epistola. Nam nec tu inanibus literis delectaris: & ego non iam, vt soleo, epistolas libẽs mitto scholasticas, atque vmbraticas, in quibus nihil sit negocij pręter comitantes, officiosa verba, & mellita: tametsi hæc satius exercere, quam facundiam caninam. Tam multũ habeo, vel est, quod scribam, vt initium non videam; vt nec initium, nec exitum

tum inueniam propter hanc dubitationem meam, breuior hæc epistola est. Sed tamen ita destinabar, vt vix huic tantulæ epistolæ tempus habuerim. noli putare pigritia facere me, quòd non mea manu scribam. Ad Plancum scripsi, misi, habes exemplum. Ad Senatum quas litteras misi, velim prius perlegas: & si qua tibi videbuntur commutes. Ad has litteras statim mihi rescribere, tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit, meque scire opus esse putaris. Et si mane Harpalum miseram, tamen cum haberem, cui rectè darem litteras, etsi noui nihil erat eisdem de rebus volui ad te sæpius scribere, nó quod diffiderem diligentiæ tuæ, sed rei me magnitudo mouebat. en quantam epistolam, ex quam tenui initio deductam, quantum exaraui chartę; cum tres versus scripturum me à primo existimarem. Sed quid ego non imitor Laconismum tuum? altera pagella procedit. Quid aliud? quid restat? numquid sum oblitus? excidit? fugit? Per multum, per magni interest, quo tibi hoc tempore epistola reddita sit, an cum sollicitudinis aliquid haberes, an cum ab molestia vacuus esses; itaque ei præcepi, quem ad te misi, vt tempus obseruaret epistolę tibi reddendæ. Nam quęmadmodum coram, qui ad nos intempestiue adesit, molesti sæpè sunt sic epistolæ offendunt, non loco redditæ. Coram me tecum hæc eadem agere sæpe conantem, deterruit pudor quidam penè subrusticus quæ nunc expromam absens audacius: epistola enim non erubescit. Manu mea scripsi, manu tua scripsisti, manu mea ipsius, manu propria mea, negat Valla dici. Brutus tamen: De voluntate, inquit, propria mea. Scripta iam epistola Hermia venit, accepi epistolam tuam vacillantibus litterulis. redde nobis superiorem epistolam, & appinge aliquid noui. Vale da operam, vt valeas: Cura diligenter tuam valetudinem, hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale, & matrem, meosque tibi commendatos habe. Vale, & salue, quarto Calendarum Calendas Decembr. ad quartum

Calendas

Calendas Decembris, ante diem quartum Calendarum, quasi quarto die ante Calendas: Nuncij nobis tristes, nec varij venerunt de Q. fratre ex, & ante diem Nonarum Iunij vsque ad pridie Calendas Septembris. Cōtulit hoc negocium, siue distulit in ante diem sextum Iduum Maij, vsque ante diem quintum Calen. Maias, hoc est vsque ad diē quintū ante Calēdas Maij, vt recte interptetatur Budæus. Balbus, sub postea quam litteras cōmuneis cum Oppio ad te dedi: quod durum admodū videtur. Epistola perscriptā uomplicabant, vinciebat lino seu filo, addebant cerā, quodam vero tempore proceres Romani certā quandam ea Asia aduectā, vt refert Cicero pro L. Flacco. In cera signum imprimebant ex gemma annuli Cicero in L. Catilinam: Ac ne longum sit. Quirites tabellas proferri iussimus, quæ à quoque dicebantur datę. Primum ostendimus Cethego, signum cognouit, nos linum incidimus. tū ostendi tabelllas lentulo, & quæsiui cognosceret ne signum annuit, est verò, inquam notum signum imago aui tui clarissimi viri qui amauit vnicè patriam, & ciues suos. Idem Cicero: Obsignata iam epistola superiore, non placuit ei dare cui constituerā, quod erat alienus, itaque eo die data non est. Hęc scripsi raptim præpropere, perturbate quod ex litteris ipsis, & sensis facere conijcies quæso fastinationi meę, & breuitati litterarum dies veniam. Nos item complicamus epistolam, quę si non sit deuincta est solutilis, vel apertilis; vt quas alicui mittimus legendas, prius, quam reddat. filo deuincimus vel supèrne, vel transfixam interdum quoque fibra ex eadem charta, cum signum non habebus, commissura quoque chartacea, vel orbiculari parua: velut in negocijs mercatorū, vel magna commissura obsignata, vt ad proceres. itaque dicitur vel deuincta filo, vel astricta cōmissura: Solet nunc interstitium vacuū relinqui inter salutationem, & ipsam epistolam, pro dignitate eius, ad quē scribitur, vel amplius vel adstrictius vocatur id sane margo honorarius. Qui litteras perse-

perferunt, sunt tabellarij: è quibus alij sunt ordinarij, alij extra ordine, lenti, celeres, verè darij, per equos dispositos magnis itineribus euntes, coniūgentes dies noctibus hi accipiunt pretium vecturæ, seu pro vectura, appensis epistolis, non numeratis Respondētes verò hisce locutionum generibus vtebantur. Accepi litteras. Plinius & iam recepi dicit. Redditæ sunt mihi litteræ tuæ amantissimæ, suauissimæ, blandissimæ, iucūdissimæ, expectatissimę, amicę, comes, salsę festiuæ, plenæ humanitatis & beneuolentiæ, vel acres, acerbæ, insipidæ, dentatæ, maleuolæ, rabiosæ, rabiosulæ, fatuæ, dementes, imprudentissimæ. Accepi litteras tuas duabus epistolis, duas vel tres epistolas eodem exemplo, manu tua scriptas, manu scribæ, manu liberi tui. Treis vno die à te accepi epistolas. vnam breuem, quam Flacco Volumnio dederas: duas pleniores, quarum alteram tabellarius T. Vibij attulit: alteram ad me misit Lupus Puer à sorore tua missus epistolam mihi abs te allatā dedit. Accepi tuas tres. Plinius: post longum tempus epistolas tuas, sed tres pariter recepi omnes elegantissimas, quales à te venire pręsertim desideratas oportebat. quarum vna iniungis mihi iucundissimum ministerium, vt ad Plotinam sanctissimam fœminam litterae tuæ perferantur, perferentur. eadem commēdat mihi Popilium Artemisium, statim præstiti quod petebat. Sed ad Ciceronem reuertamur. Obuiā mihi fuit tabellarius. at ego statum: cedo, inquam, si quid ab Attico. Siquid erit occultius, & vt scribis, reconditū, meorū aliquem mittam, quo fidelius ad te litterę perferantur. Etsi iusta, & idonea vsus es excusatione intermissionis litterarum tuarum, tamē id ne sæpius facias rogo. Accepi litteras ab eo, qui misit: accepi à tabellario; qui reddidit. Damus litteras ad eū, cui scribimus, damus tabellario; tabellarius reddit, atque etiā interdum dat; etsi hoc rarius. Accepi litteras tuas ab Aceasto seruo meo quas quidem eum expectassem iam diu, admiratus sum, vt vidi obsignatā epistolam, breui-

breuitatem eius, vt aperui, rursus litterulā, solent tuæ comptissime, & clarissime esse sic ille. Videlicet breues, & parui momenti epistolas non solebāt obsignare; sed complicatas solum mittebant in modum codicillorum. Misit ad me litteras, quarum exemplum hic habebis. Litteræ à Cæsare venerunt, litteræ à Catone sunt allatæ. Cicero filius Tironi: Cum vehementer tabellarios expectarē quotidie, aliquādo venerunt post diem quadragesimum & sextum, quam à vobis discesserant: quorum mihi fuit aduētus optatissimus. Expecto tuas litteras de multis rebus, teipsum multo magis: Scripsisti ad me epistolam plenam consilij, summæque tum beneuolentię, tum prudentiæ eam mihi Philotimus postridie quam à te acceperat reddidit Q. Seruilius per breues à te litteras mihi reddidit, quæ mihi tamen nimis longæ sunt visæ, iniuriam enim me accipere putabam, quod rogabar. Accepi à te aliquot epistolas vno tempore, quas tu diuersis temporibus dederas. Ac velim posthac si statuas mihi litteras longissimas quasque gratissimas fore. Quod epistolam conscissam doles, noli laborare: salua est domi; petes cum libebit. Epistolam tuam, quam accepi ab L. Aruntio, conscindi innocentem; nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset; Resoluta epistola, continuo vidi quod cupiebam, vel quod metuam. Libentissime legi tuas litteras, in quibus iucundissimum mihi fuit, quod cognoui meas tibi redditas esse. Ex litteris tuis cognoui, intellexi, accepi factus sum, redditus sum certior: nihil certum de te habeamus. Domitium aiunt futurum sine fascibus: cum id scies, facies vt sciam: fac sciam: faciam vt scias vt noris, vt intelligas. Particulam litterarum tuarum, quas misisti Octauio legi missam ab Attico mihi particulam litterarum legit mihi Atticus. In capite tuarum littetarum, in medio, ad medium, in calce, fine, extremo, ad postremum, hæc erat litterarum tuarū clausula. Habeo, habebam litteras à fratre: non tamen dicitur habui, pro accepi,

Respon-

Respondebo tibi litteris ordine, vel promiscuè, non seruato ordine. Tuam rationem scribēdi sequar, quoniam videtur optima; commodissima, appositissima. vel vt commodius rescribam, nec meam instituam, sed ordinem conseruabo tuum, & respondebo primum postremæ tuæ paginæ. Ego resp ōdebo tibi Epistolas tuas accepi duas prior recentiorē habebat die, altera antiquiorem. Vetus epistola & recens, dies prior, posterior, recens, antiquus, vetus: item dies repetita, cum vetustior est, quam quo epistola fuit scripta. hęc & alia inueniet permulta, qui veteres, sed Ciceronem præcipuè, diligenter euolueris.

SALVTANDI FORMVLAE. Vsui nostro aptæ.

SAlutationem voco, non primam illam quę est scribentis ad eum, cui scribitur nempe primi ad secundum: sed primi ad tertium per secundum, vel in quartum cum scribet; cum videbit, cum quid ad eum mandabit. hinc à tertio secundum per primum, à quarto ad secundum per tertium solum, vel per tertium, ad primum. Quorum omnium exempla sunt hæc. Saluta, dic salutem, Salutem annunciabis precaberis meo nomine, meis verbis, pro me, mea vice, Petro à Toleto hospiti meo. Saluebit à me Rodericus Manricus meus. Iubebis saluere Gomezium Benauidium, significabis Ioanni Manrico à Lara accepisse te litteras à me, quibus iubeo illum saluere: accepisse me litteras à Duce Bearis Francisco, quibus iniunxit, vt si quando vel tibi, vel illi scribam, adiungam ei. S. suis verbis: Si quando Morum conueneris, admone hominem, vt cum ad Roffensem Episcopum mittet litteras, adscribat precari me ei læta omnia, ac facilia. Io. Salymondo patri meo S. & senectam leuem, ac facilem, cui epistolam hanc dabis legendā, tamquam ad eum quoque scriptam. Cum hoc litterularum ad te exararem, aderat, vel interuenit, vel nunciauit mihi Al. Viruesius, vti suo nomine. S. tibi impertirem, salutem impertirer S. optarem, & opti-

me

me euenire quod filiam probissimo iuueni collocasses: tum Christophoro Mirandæ filiolam gratulaberis salua vxore. Cum ad morum dabis litteras, vel nactus fueris, qui eo proficiscatur & mandata ab illum miseris, ne obliuiscare accuratissimam mea vice salutationem adiungere ipsi,& liberis: sed in primis Margaritæ Roperæ meæ,quam ego ex quo primum noui, non amaui minus, quam ego ex quo primum noui, non amaui minus, quam si mihi esset soror germana. Cur aliquem tuorum mittes Segobrigam præcipue ei, vt quærat tibi aliquē ex familia ducis Alburquercani, cui mandet, vt si Cuelarem proficiscatur, salutet mihi Bartholomæum à Cueua ducis fratrem,verbis amantissimis, & officiosissimis. Tersulæ, quoniam quod optimum in pueris est hilarula est, meis verbis suauium dies. Illud est animaduertendum, non omnes salutationes omnibus congruere: nec similiter ignotos, aut leuiter notos debere salutari, vt amicos, & familiares,non idem debere iniūgi superiori,quod pari non omnes metiendi sunt eadem decempeda, sed gradatim, & distinctè vt emineant signa voluntatem,in quo prudentia est opus. Curionem,si quando tibi occurrit si videris si voles, si vacabit, si erit tibi commodum, salutabis paucis verbis, leuiter,suffrigidè, suo ipsius more. Cum adibis Cæsarem, obseruata occasine, precaberis illi meo nomine propitium numen, vt tanta regnorum moles feliciter sub eo administretur, ipsi, & populis. Oro te vir clarissime, ne graueris initori tuorum liberorum. Sex me nunciare, salutat te P.Clodius: ego verò precor tibi meliorem salutem quam ab illo.

RESALVTANDI.

Respondet cui vel scripsimus, vel mandauimus, executum se quod erat iniunctum, per se,vel per alium litteris aut mandatis: vel non licuisse, aut noluisse,quia non deceret, non expediret: tum quid salutatus responderit. Exempla sunt huiusce generis;

ris: Quod erat in extremo tuæ epistolæ, vel in extrema epistola, aut charta, in fine in calce, in postremo litterarum, vt Ioannem Feuynum nostrum salutarem, feci, & quidem perlibens. is verò, vt est ingenio suauissimo & amantissimo suorum, lætissimus de te audiuit, resalutat te plus millies: salutationem tibi remittit Cranaueldius noster, cum fœnore incredibili. salutem optat tibi veram & solidam. optat tibi, quam sibimetipsi; præcatur tibi omnia euenire ex animi tui sententia. omnia prosperrimè, faustissimè tibi, & tuis non potuit ipse Vergeram salutare pro te, quod vnicè cupiebam; quoniam aberam, quoniam me aduersa valetudo domi continebat mandaui Gonzalo Tamyo, is renunciat incredibile dictu, quam grata illi fuerit salutatio, quamque eam remittit tibi accuratè, & copiosè cumulatam. Exhilaratus est vehementer Francus Leardus ad commemorationem Petri Mexiæ sui. multo etiam magis ad salutationem, quod significares te sui meminisse, planè amat te, & reueretur bona fide. nihil non optat tibi faustum & lætum. A in tu, salutari nos à Nicolao Vattono, de quo iam pridem audiebamus omnino nihil: quæso iube eum à nobis saluere. & meminisse veteris nostræ amicitiæ, ac familiaritatis Louaniensis. M. Crassus misit S. chartaceam, vt solet, mallem auream hoc dumtaxat tempore, redde tu illi pro me chartaceam item, aut si mauis, aeream, cum illo conueniens. Grata fuit salutatio Vdalli. ergo illi pro salute lignea, vel chartacea reddam argenteam, Salutem Gabriel Valdaura hoc tempore ad me? quin potius litteras, & quidem copiosas de rebus suis omnibus, vt nostris communibus? renuucia ei, non expectare me ab eo salutationes, sed epistolas: aut quod matrona illa castissima marito scribit: Nil mihi rescribas, attamen ipse veni. Claudius ergo S. mihi? satius esset cæli ab alio quam ab illo salutari. Piso nobis Sal. rogo te an serio? quo ore? quo vultu? quibus verbis? nam est

M admo-

admodum subdolus, & maleuolentiam blanditia verborum assueuit occultare. Sed vincamus bono malũ: repende ei salutationem plena manu,& verbis amantissimis. Cum demerito nolo mihi esse rei quicquam meliore accommodiore vtemur eo, si nullus penitus sit nobis vsus cum illo, procul quæso ab hac pice, ne inquinemur. crede mihi eris ius est, ne accedas proprius. Fabium Gurgitem nolui salutare tibi ne insolescat. Cornelio Nepoti non reddidi tuam salutationem. veritus ne arepta vnius colloquioli occasione, insinuet se in meam familiaritatem: nostri quantus sit irrigandi artifex: admissus, quam molestus sit, atque importunus, & excussu difficilis.

DE BREVITATE EPISTOLAE.

ILlud præterea iam olim quæsitum, quam breuem esse epistolam conueniret. Nam Demetrius Phalereus, seu quis est alius, longam epistolam librum appellat, non epistolam: Et L. Senecæ hæc sunt verbali. Epist.6. Ne epistolæ modum excedam, quæ nõ debet sinistram manum legentis implere, in alium diem hanc litem cum dialecticis differam. Quamquam eius ipsius epistolæ interdum quoque dexteram his implent. Ciceronis etiam aliquæ, ad Atticum præcipuè, ad alios quoque nonnullos, volumina sunt, non epistolæ: quas se ideo tam longas ait conscribere, quod dormire non possit. Idem ad eundem ait se interdum mittere, & ad D. Brutum, imitari illius, omnia temperabat personis & negotijs, cum expediebat: & scribebat fusè, & sic ad se gaudebat scribi, idcirco Brutum increpat. quod in medio ardore ciuilis belli breues ad se litteras dedisset, cum negotia longissimas flagitarent: vt sciretur explicatius quid ageret, quidque esset acturus. Morosis, incognitis, amicis, simulatis breues: itidem occupatis, aut ijs quos eo scribendi genere videbat delectari, quasi multa paucis verbis concluderent, cuiusmodi

iusmodi erat D. Brutus. Noui item amici breuibus sunt epistolis initio tentandi, vt omnes ignoti cunctabundè. Sunt qui vel mediocres epistolas loquaces iudicent, atque aspernentur. Sunt qui epistolium iniuriam interpretentur: demus tamen operam ne in alterutro modum excedamus: si necessaria omittas, omnes sunt nimis breues: si superuacanea infarcias, omnes sunt nimis longæ. Multum te accomodari conuenit ingenio illius, cui scribis, & pro ratione materiæ licebit in fine, aut breuitatem excusare apud illum, qui longas cupit, aut prolixitatem apud eum, qui breuibus, illa excusatur negotijs, aut nostris, aut illius, & pudore, ne obstrepamus, aut interpellemus in maximis occupatum: prolixitas excusatur rei qualitate, dulcedine cum illo colloquendi. Nihil perinde videtur mihi alienum ab epistolis, quam diffusa in locis communibus iactatio, nisi forte libri sint potius de sapientiæ præceptis, aut de studijs humanitatis, vel encylopædia epistolia, & codicilli, quæ paucis verbis acutam quampiam sententiam concludunt, plurimum habent venustatis: Cum licebat, noluisti: nunc cum vultis, non licet. Quod si nihil habeant insolens, superbum, fastidiosum, mitti possunt vel ad reges ipsos, ac principes & homines quantumuis superciliosus. Hieronymus Salinas Theologus Inacho Mendozæ Cardinali Episcopi Burgensi ardentem pietatem præcatur. Lutetiæ Natali Io. Baptistę. 1383. Scio prudentiæ tuæ non esse opus consultore, memoria autem propter varietatem, & magnitudinem negociorum nonnunquam: itaque rogo te, memineris nationis studiosorum hominum: nam de voluntate in illos tua nihil dubitamus. Marcus Laurinus Carolo V. Cæsari Augusto, regi Hispaniarum S. Nec abs te contendo, vt mea causa iustitiam violes, quod nec tu faceres quantumlibet rogatus, nec velim te per ignorantiam iniustè agere. Itaque libellum hunc, quem custodiæ iustitię tuæ confeci, oro attente legas. Tales erât

Lacedemoniæ Epistolæ, & responsiones quæ etiam in prouerbium venerunt. Res male gesta est: qui superfuere milites esuriunt. Sunt qui in respondendo repetant, ceu epistolæ illius capita, ad quam rescribant: quod solet in grauibus fieri negotijs, & tamen accuratius, cum à nonnullis lectum iri responsum arbitrantur, non lecta epistola prouocante. Nam hoc fine etiam in leuioribus fecerunt quidam, vt ij qui suas epistolas cogitabant edere, non editis ad quas rescriberent: sicuti Plinius, & Politianus. Fit hoc interdum compendij gratia, & vt lectoris tum labori, tum intelligentiæ consulatur. Adde etiam, quoniam in disceptationibus nostra causa magis ea via adiuuatur, cum quę ille vel eloquentia conuestiuit, vel muniuit coloribus, roborauit argumentis, nos omni detracto præsidio oculis subijciamus nuda atque inermia, qui astus erat oratoribus perusitatus. Ergo vnaquęque epistola virtutem aliquam habere debet, vel in rebus, vel indictione, qua commendetur, libenterque & ab ijs legatur, ad quos mittitur, & à posteris quoque, si ad eos perueniat. vnde multę placuerunt epistolę, refrixerunt, & iacuerunt plures.

DE AVCTORIBVS EPISTOLARVM.

ANtiquissimæ enim epistolæ extant Platonis perpaucæ & Demosthenis. Hinc M. Tullij amissæ quidem multæ, sed multæ etiam in hanc vsque ætatem reseruatæ, in quibus præter verba & dictionem, quibus vir ille cæteros omnes scriptores Latinos dumtaxat, tanto post se interuallo relinquit plurimum inest & ad respublicas, & ad priuatas iudicij, ac prudentiæ. Senecæ epistolæ volumina sunt de Philosophia. Accomodatior ad vsum Plinius Cecilius, eorũ presertim, qui de negocijs priuatis, aut Repub. non scribunt. nam huiusmodi melior Cicero: Plinius vero succinctus, & festiuus, & facetus, & acutus, & frequens concinnis sententijs, doctis, atque acutis

inge-

ingenijs mirificè est aptus: qui scholasticas inter se mittunt epistolas & vmbraticas, vt idem ipse ait, quibus oportet plus ornatus & condimenti adiungi, qũ rebus non perinde nituntur. Sparsæ apud Græcos feruntur complures. Luciani dilucidæ ac faciles, Philostrati picturatiores quam decet hoc sermonis genus: vtræque inanes sunt, & leuiculos habent sensus. Sinesij itidem non parum elaboratæ metaphoris potissimum. Sunt nonnullæ Basilij, Gregorij, Libantii, & aliorum breues argutæque scholę, & hominibus ociosis congruẽtes magis quam negociis. Sed redeamus ad latinos. Post Plinium scripserunt epistolas Christiani homines suis temporibus non Christianorum solum, sed omnium quoque sine controuersia eruditissimi. Tertullianus durus, nempè Afer: Cyprianus non perinde, etsi eiusdem gentis. Augustinus item Afer, mollior, sed minus tensus ac comptus: Hieronymus ardens, & vehemẽs, vt videatur semper ad iudices dicere de causa capitali Ambrosius lenior ac placidior, aliquot interdũ locis subturbidus. Symmachus nec magnitudine rerum, nec gratia sermonis potuit conseruare famam posteriorum. Sidonius, Apollinaris Aluernas obscurus perplexus fauorem iudiciorum nec consecutus est, nec meretur. Longo post hos interuallo velut stellula inter densissimas tenebras emicuit Franciscus Petrarcha, prolixus, ac plerisque locis morosus difficilisq. & multum trahens ex rubigine ac situ suorum temporum. Multo post sequitur, qui ætate suorum primus cœpit in Italia Latinè balbutire; Gasparinus, cuius epistolæ, vel hac de causa, merentur laudem quia in sæculo doctorum primæ. Huic succedunt Leonardus Aretinus parum adhuc excultus: tum lingua tersiores Philippi duo pater, & filius, sententiis inanes & subfrigidi nec compositione satis grata; Pius secundus Pontifex, & qui Aeneas Siluius, natura felix, infelix arte Aegidius Calentius, & Campanus non contemnendi: quanquam hic in ostentatio-

vitæ menses impetrare Christophorus Longolius, nimia cura imitationis, bonam naturam corrumpit. Verba habet Ciceroniana mira religionis ne, an superstitionis obseruatione [illegible] est ineptior. propterea quod dicta grandia rebus exiguis aptabat. Non enim satis illi erat verba, & phrasin Ciceronis miro studio imitari, nisi etiam totum Ciceronem exprimeret, rem illam publicam simularet, & curam imperij, quo totus orbis continebatur, priuatus ipse, & in angulum studiosi secessus auditus: in quo tamen erat ridiculus, quam si gigantis vestitum induisset, & verba ac pronunciationem gigantis effigeret, vt gigas crederetur legendus tamen propter verba.

FINIS





INDEX ALIQVARVM VOCVM IN COLLOQVIIS VIVIS EXPLICATARVM,

CVM VERSIONE ETRVSCA.

Vt si in legendo difficultatem ingerant, ordine alphabetico dispositæ, facilius inueniri possint.

ABecedaria tabella, la tauoletta, ò carta doue se impara à leggere.

Acapna ligna, legna secche che nõ fanno fumo.

Acetosus, semolosa, non criuellato, come è il pan grosso di burattatura.

Acetosus, aceto.

Acicula, il puntal della stringa

Aduentorium prandium, il desinare, che si manda incontro à qualche uno, ò si fa per la sua venuta.

Aduentores, gli auuentori, cioè coloro che vengon sempre, a seruirsi alla vostra bottega.

Aedi-

Bosinus nasus, naso schiacchiato, ò ammaccato.
Brechma, la parte dinanzi della testa.
Bubula salita, carne di boue salata.
Buccea, il boccone.
Buccula la baviera dell'elmetto.
Bulimia, fame grande.

C

Cacabus, la caldaia.
Calantica, la scuffia delle donne.
Campe, il verme che mangia l'herbe.
Capitecensi auctores, gli authori vili.
Caprip:lia, vesta di ciambellotto.
Capronei, i capelli sopra la fronte.
Capsax, acis, il vaso dall'oglio, & dall'aceto.
Carduelis, il cardellino.
Carchesium, vaso da beuere alto, & con manichi.
Caryota, il dattilo delle palme.
Causia, era ornamento di testa al Re di Macedonia.
Cella penuaria, la dispensa, ò saluarobba da mangiare.
Cella vinaria, la cantina, ò cella da vino.
Ceruical, il capezzale, ò guanciale.
Charta emporetica, carta da stracci.
Charta bibula, carta sugante.
Chyromactrum, il touagliolo da sciugar le mani.
Chytropus, pignatta copie.
Cibarius panis medianus, pan della gentaglia.
Cibilia mensa, mensa rotonda.
Cingulum, la cintura.
Cingulum coriaceum, la coreggia.
Cingulum puniaceum ex lino, il cinto lacurato.
Cingulum textile, la cinta tessuta.
Circulator, il montain banco, ò ciarlatano.
Clathrus, la stanga da serrar le porte.
Claua, la mazza d'argento.
Clauarius il mazziere.
Classici authores, i principali, e buoni autori.

Clitel-

D

Ele-

E

F

Forum olitorium, piazza oue si vendono l'herbe.
Foruli, le casse, e scabelli de' libri.
Fructuarium forum, la piazza oue si vendono frutti.
Forcinula, lo smoccator della candela ò lucerna.
Fulcrum, il piede, ò banco, ò cauallletto della lettiera.
Funalis vicus è una strada in Valenza.
Fumale, il camino doue si fa il fuoco.

G

GAbata, scudelle alte.
Gallica, sono zoccoli ò pianelle da acqua, che vsano i Francesi, onde ancora in alcuni luoghi d'Italia le dicano gallozze.
Ganeo, ghiotto, goloso, tauerniere.
Glabella, lo spatio, che è tra ciglio, e ciglio.
Glandula, ghiande sotto l'orecchio.
Globuli, bottoni da veste.
Glutinator librarius, il legator da libri.
Graphis lo schizzo, ò prima sbozzatura, & disegno della pittura.
Guturnium, boccale da dar acqua alle mani, con becco, ò vaso stretto.
Guttus, vaso dal collo stretto.

H

HElta l'ampolla, e vessica, che fan pane quando non è leuito, ò quando si cuoce.
Hippax, hippacis, cascio ò formaggio di latte di cauallo.
Holobrizos, tutto d'oro purissimo.
Holosericus, tutto di seta.
Hypocaustum, stufa da scaldarsi, ò da sudare.

I

INcisura, intende in questo luogo le linee ò segni della mano.
Index la mostra: chiamasi qui quella carta, che si lascia

mandi.

N

O

P

Polin-

Q

R

S

Tudi-

FINIS

LECTORI.

Numeri paginarum, in quibus hæ voces reperiuntur, non sunt positi in hoc indice, quoniam superflui videbantur: nam quando huiusmodi voces occurrent in hoc opere legendo, statim hic inuenire poteris, ordine alphabetico dispositas.

REGESTVM.

A B C D E F G H I K L M.

Omnia sunt folia integra, præter M, quod est vnum cum chartesino.

R O M AE,
Per Antonium Landinum. MDCXXXIX.
Superiorum permissu.

Ego Frater. Dominicus Verncis
Romanus. Carmelitanus
Con. m. fratr. S. [illegible] Martini
ad montibus.

